

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber septimus, De officio mediatoris

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-914

LIBER SEPTIMVS, DE OFFICIO MEDIATORIS.

Caput I.

DE CHRISTO MEDIATORE.



ERTRACTATI SIIS, quae ad Christi personam, eiusque naturas pertinent, consequens est, ut de eius officio agamus: quod uno Mediatoris nomine significatur. Quia cum extrema sint quædam, Creator & creatura; opus fuit quodam medio, quo deuincirentur: hoc est, cuius habita ratione, creatura, tum a Deo crearetur, tum etiam eius benignitate fueretur. Itaque dicuntur omnia creatura per Christum: deinde recollecta diversa, tum celestia tum terrestria: & denique fideles adorati in filios. Hinc

nomen: sic enim solemus appellare mediatores eos, qui sive natura, sive voluntate dissidentes conciliant. Nam Mediator unus non est, inquit Paulus ad Galatas 3. Quia vero in hac conciliazione Creator & creaturam peculiare beneficium est in homines collatum, qui non tantum longe erant alii a Deo, creationis iure; sed etiam alieni propter peccatum; inde merito æterni addicendi suppliciis. hinc factum, ut in Scripturis proprio quodam modo hominum Mediator Christus dicatur: quam etiam ob causam assumpta fuit humana natura, atque perfecta omnia Mediatoris mysteria. Hinc Paulus, Unus Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Prioris ad Timotheum 2. Et quia hominum cum Deo reconciliatio facta est pacti instar, sive testamenti, quod in Christo fundatur; hanc ob causam in Epistola ad Hebreos 8. 4. dicitur *Mediator noster Christus*, *Mediator Novi Testamenti*.

II. Porro huius officii tres partes numerantur, Prophetia, Sacerdotium, Regnum. Prima continetur officium docendi homines voluntatem Dei; vt quicquid pertinet ad Animæ salutem, nemo hominum petat nisi ab uno Christo; qui plene perfecteque omnia docuit, tum per seipsum, tum per Prophetas & Apostolos. Sacerdotium, obedientia illam complebitur, qua Filius obediens factus usque ad mortem crucis, obtulit se Patti in verum sacrificium *iatuus*, expiatorium, propitiatoriumque: quo de leto chirographo, quod aduersum nos erat, condonatisque peccatis, quibus grauabamur, denique imputata perfecta iustitia, nihil iam defecit ad perfectam nostri cum Deo reconciliationis culmen. Denique Regnum, summam illam autoritatem denotat, quam suo iure Christus obtinet in omnibus creaturis; & specialiter in Ecclesiam, quam regit, & tuerit.

III. Est vero inter Catholicos & Papistas de Christo Mediatori controversia triple. Prima, Vtrum Mediator sit secundum vitramque naturam, hoc est, quatenus Deus & homo: an vero tantum secundum alteram, id est, quatenus homo tantum. Secunda, Vtrum sibi ipse fuerit Mediator. Tertia, Vtrum solus sit Mediator inter Deum & homines.

C A P. II.

Status controversie de Mediatore secundum vitramque naturam.

IN prima controversia Catholici afferunt, Christum Mediatorem dici secundum vitramque naturam, id est, cum quatenus Deus est: tum quatenus homo: quomodo olim Ambrosius in 7. ad Rom. Quamvis ad tempus mortuus esset in carne, tamen in eternum diuinitate & humanitate Mediator inter Deum & homines, semper viuens est ad interpellandum proximo.

II. Hoc tamen sensu, ut neutra natura consideretur seorsim ab altera: sed semper in visione hypostatica. Neque enim posse aut *Deus & homo* hominem nudum, coniungere nos Deo: nec rursus Deum, quatenus tantum Deus est, Deum nobis conciliare. Ideoque vitam fuisse *vitas animalis*: Deitati humanitatem: atque in ea visione distinctas manere *reservatas*; immo etiam *destitutas*; vt ex iis quædam sint diuina, id est, formale, ut vocam principium suum Deitatem habeant, alia rursus humana, à principio formalis suo humanitate. Sic enim vitramque formam quæ *ha* sunt nature: agere cum communione alterius. Denique, ut uno verbo dicam, hanc esse veram propriamque causam Incarnationis, nimium ut esset aliquis Medicator Dei & hominum.

III. At Papistæ ne hic quidem Catholicis potuerunt consentire. Lombardus 3. distinct. 19. Medicator dicitur secundum humanitatem, non secundum diuinitatem. Non est enim Medicator inter Deum & Deum: quia tantum unus Deus: sed inter Deum & hominem, quasi inter duo extrema: quia medius esse non potest nisi inter aliqua. Medicator est ergo in quantu homo. Nam, in quantum Deus non Medicator, sed equalis Patri est: hoc idem quod Pater, cum Patre unus Deus. Medicus ergo inter homines & Deum Trinitatem, secundum hominum naturam, in qua suscepit illa per quam reconciliamur Deo Trinitati. Sic ille præcise, & pro magisterii autoritate.

IV. Recentiores distinctius. Vasques c. 3. disp. 83. in 3. Thomæ; Christum secundum vitram naturam humanam esse Sacerdotem & Medicatorem: particula Tom. II.

illa (secundum) sumpta, ut aiunt specificatius, hoc est, determinante naturam, à qua elicetur operatio Medicatoris & Sacerdotis. & ratione cuius toti subiecto conuenit, Bellarmius de Christo lib. 5. cap. 1. distinguat principium quod operatur, à principio quo sunt operationes, & principium operans eā qua sunt Medicatoris, negare esse Deum solum, & hominem solum, sed utrumq; simili, id est, Verbum in carnatum: sed principium, quo illa eadem fiebant opera fuisse naturam humanam, non diuinam. Tametsi n. Deus incarnatus erat, qui orabat, patiebatur, obediebat, satisfaciebat tamen, hæc omnia faciebat secundum formam serui, non secundum formam Dei. Idem disputat Vasques in tertiam Thomæ, tom. 1. disp. 83. Eadem sententia est Gregorii de Valentia, Commentariorum tom. 4. disp. 1. q. 22. punct. 3. Idem scriptus Eustachius à S. Paulo, 2. parte summa Theologica, tract. 1. disp. 12. quaest. 3.

V. Nec dissimiliter Gregorius de Valentia, libri de Officio proprio Christi Redemptoris c. 4. partis 2. & puncto 3. quæst. 200. in 3. Thomæ; et si aliis verbis, & fortasse lucidioribus, nisi cum spes sua fefellerit: Si quæstio sit, per quid Christus proprius, & mediate obierit officium Medicatoris, dicendum est, illum Medicatorem fuisse tantum ut hominem. Si vero communiter queritur, per quod omnino Medicator fuerit, sive tanquam per id quo proxima exerceuerit id officium, sive tanquam per id certe à quo valorem acceperit eius munera functione, responderi debet, Medicatorem Christum fuisse, non tantum ut hominem, neque tantum ut Deum, sed coniunctim, ut Deum & hominem.

V I. Obseruandum est primum dispuicisse cum Bellarmino, tum Gregorio de Valentia, Lombardum & Thomam, qui pax. iste negarent Medicatorem esse quatenus Deum. Viderunt enim longe id abire à Veteris Ecclesiæ styllo, qui sine dubio inclinat magis in nostra sententiam. Quanquam Lombardus stupo ē poterant etiā accusare. Nam quid est, quælo, nō esse Medicatorem secundum diuinitatem, quia non sit Medicator inter Deum & Deum, sed inter Deum & hominem? Ego certe in quamecumque partem vertam, nihil in eo sani possum videre. Et cur non ei quis posset regerere, non esse Medicatorem secundum humanitatem, quia non sit Medicator inter hominem & hominem?

VII. Secundo, huic redire eorum sententiam, quam alioquin variis Scholasticorum formulis, quasi tricis, & industria involvunt: persona Medicatoris esse Deum & hominem: sed, quomodo crucifixum eandem dicit Christum, in quo vitraque natura est; at non tantum secundum vitramque naturam, sed duntaxat secundum alteram, videlicet humanam: ad eundem prosus modum, & Medicatorem. Itaque functiones nullas Medicatoris diuinæ fuisse: sed duntaxat humanas: nimium ab humanitate proximo suo principio: sic tamen, ut his functionibus dignitas accessit: it à persona, id est, altera natura; quod expr̄sum diserte Gregorius voluit.

VIII. Ita est constituta controversia; quam tractarunt Papistæ idem qui iam nominati. Catholici autem, Tigurini duabus Epistolis ad Polono: Caluinus alias totidem, quarum altera in opusculis est, altera in epistolis, Beza epistola 22. Rheticarum Ecclesiarum ministri aduentus Rulcam.

C A P. III.

Argumentum Catholicorum à partibus Medicatoriis.

I. SVM sententiam demonstrati Catholici, id solum habent negotijs. Sunt Deitati Christi suas fuisse in humana redemptione partes doceant: nam humanitati suas utriusque concedimus, ut patet ex posito statu questionis.

II. Esto igitur hoc argumentum: Si præcipua necessariaque ad reconciliationem nostram cum Deo sunt à Deitate Christi, tanquam proprio proximo, immediato, atque formalí principio: ergo Christus non tantum qua homo, sed etiam qua Deus in carnatus, Medicator est Dei & hominum. At verum est præcipua, eaque non tantum necessaria: sed etiam essentialia ad reconciliationem nostri *decretorum* & esse à Deitate Christi, tanquam proprio, proximo, immediato, atque formalí principio. Ergo, illud etiam verum, quod est in questione; non tantum qua homo est, sed etiam qua Deus in carnatus, Christum esse Medicatorem nostrum.

III. Consequentia patet à simili, ratione humanitatis: neque enim illa ratio est, cur dicatur Medicator secundum humanam naturam, nisi quia sua humanitas fuit illi principium proximum, immediatum, & formale, multarum actionum, quibus eadem nostra redempcio perfeta fuit. Et Bellarmi, Gregorij de Valentia, Eustachij de Sancto Paulo, nulla est alia easio in hac controversia, nisi à distinctione principij formalis & suppositi, cuius hic sensus est, ut actiones omnes Christi sint à supposito, id est, hypostasi, sive persona tota, sed tamen secundum alteram naturam duntaxat. Exempli gratia, Christus mortuus est: Cū Christū omnino, sive personam illam significo totā, quæ est Christus, constantē Deitate & hu-

& humanitate: unde sanguis eius dicitur *sanguis Dei*, Act. 20. & *Dominus gloria crucifixus*: prioris ad Corinth. 2. Et *princeps viri crucifixatus*, Act. 2.; sed illud tamen mortuus ad Deitatem *avallatio roris auctor*, non pertinet: Itaque, Apostolus non dixit simpliciter Deum passum, sed passum carae. Quare, mors in Christo est aliquid humanum, non divinum, ut, quanquam sit suppositi totius, non enim alter dici possit: Deus mortuus, tamen habet formale propriumque principium, naturam humanam, unde necessario passus dicitur carne. Hoc igitur *en-su*, negat *Be-lar-mi-nus* Deitatem Christi esse formale principium *vllarum actionum*, que per tineant ad Mediato rem secundum Deitatem. Quare, hoc probato sensu, emerget contra-ria conclusio.

IV. Probatur autem per enumerationem. Incarnatio effectum est pre-
cipuum, & necessarium, & essentiale ad redemptionem humanam, ideo
que etiam Medicationis, sive Mediatoris. Atqui Incarnatio est a Deitate,
tanquam proprio, proximo, immmediato, formaliter principio: Deitatis, non
tantum personaliter, sed etiam formaliter. Ergo aliquod effectum neces-
sarium ad redempcionem nostram, id est, Medicationis est a Deitate Christi
formaliter. Unde negari non potest, Christum esse Mediatorem etiam se-
cundum Deitatem, id est, secundum viramq; naturam.

V. Maior est confessio apud omnes Christianos. Et Paulus prioris ad Timotheum. *Vnus Mediator inquit Dei & hominum homo Christus Iesus.* significans Iesum Dei Filium inhumanatum, hoc est, incarnatum, esse Mediatorem nostrum. Et Paulus ad Hebreos. *Omnen Ponitificem dicit assumptum ex hominibus.* Et Pares prolixè disputant, necessario fuisse hominem: quia in homine laenda erat pena peccatis debita.

VII. Rursus ipsum docenda est et pietatis mundus ab humanitate Christi est, tanquam instrumento: sed a Deitatis tanquam vera causa. Itaque Athanasius de Incarnatione Verbi inter alias, hanc etiam causam reddit, cur oportuerit Verbum incarnari: *περι τοῦ θεοῦ τοῦ διδόντος τὴν ζωὴν αὐτῷ πάλιν*, καὶ ἡ Θεογένεια εἰκενεύει μὲν τὸ διδόνατον τὴν ζωὴν αὐτῷ μετόποτε. Ceterum, cum idolatria furor, atque Atheismus orbem occuparet, esse ergo Dei cognitio suppressa, cuiusnam fuerit orbem docere de Patre? Tum disputat, neque ullius hominum eas partes esse posse, neque etiam natura rerum. Hominis quidem, tum quia nemo possit totum orbem peragere, tum quia nullus satu*r* idoneus auctor fuisse. Naturae vero, quia haec non ostendisset, quominus in errores de Deo homines denonissent. *πόνος οὐδὲ λόγος ζητεῖται*; λόγος, τὸν φυχὴν καὶ νοῦν ὑπάστροφος, τὸν τοῦλον τὸν καὶ πολὺ καὶ καὶ πολὺν οὐτοῦ πάτερ. Cuius igitur uisus opera que requirebatur? Ni*s* Verbi Dei? Iesu, qui cum animam mentemque in teatur. *Επονθία in mundo creata moueat*, per ea est Patrem manifestari? Et post: *ἀθριεῖται τὸν θρόνον Υἱοῦ ωφελῆσαι* τὸν θρόνον τοῦ πατέρος, λαμβάνων iactu*r* τῶν οὐρανῶν cneivōs. Itaque conuenienter, quād quidem volebat hominibus operari, inter homines conuersatus est, assumpto sibi corpore, illorum corporibus simili.

VIII. Fuitigitur in misericordia deuscula, siue Dei manifestatio, vere diuinum opus: Vnde Ioann. 1. Deum nemo vidit unquam: unigenitus ille Filius, qui est in sinu Patris, ille exposuit. Matthæi vndecimo: Neque Patrem quisquam nouit nisi Filius: Et cunctus Filius voluerit retegere. Et Paulus ad Hebr. 1. Ultimus diebus hisce loquutus est nobis per Filium. Vbi, quis non videt perspicue declaratum id, quod contendimus? Nam in posteriori loco, manifeste tanquam Mediator descendit Christus, cum dicatur Deus nobis loquutus est autem, id est, inquit Chrysostomus, diuinitus, per eum In prioribus autem declaratur eas partes non esse humanitatis, sed Deitatis incarnatae. Et quidem autoritas huius doctrinæ, quam Athanasius denerabat pro homini, exponitur in Christo, Ioann. 3. Amen. Amendico tibi, quod scimus loquimur. Et quod vidimus testimoniari. Et octauo: Ego loquor quod vidi apud Patrem. Quod si obtineamus ab aduersariis, nihil est quod ultius contendamus.

I X. Eſſe autem has partes Mediatoris necessarias, & essentiales noſtre redēptionis, non tantum patet ex Athanāſij ratiocinatione, quæ docet veram Dei cognitionem homini perdito restituendam: sed etiam res ipsa clamat. Negat enim Paulus quenquam posse credere in eum, de quo nihil audiuit: ad Romanos decimo. Et i. ad Romanos Euangelium vocat, potentiam Dei ad ſalutem. Et post. ad Corinth. 5. Verbum reconciliacionis. Nec pluribus opus eſt in re non dubia.

X. Respondet Bellarminus, docere, esse Dei principaliter, id est, Trinitatis: At docere per modum instrumenti, esse hominis. Itaque Christum, ut Deum, esse doctorem ac magistrum verum ac principalem: ac eundem, ut hominem, Mediatorem Dei & hominum, fuisse doctorem, ut instrumentum diuinitatis: sed tamen coniunctum & singulare, non separatum & commune: qualia instrumenta fuerunt Apostoli & Prophetæ.

XI. Sed non sunt Catholici in docendo distinctas esse personarum Trinitatis operationes. Docet Pater, Docet Filius, Docet Spiritus Sanctus. Et quidem Spiritus Sanctus quadam peculiari ratione, nempe motu intinseco. Vnde Petrus 1. post. *Alio spiritu sancto, loquuntur sancti Dei homines.* Et quanquam hic motus a Patre veniat, & a Filio; tamen

hunc Scriptura solet Spiritui Sancto tribuere peculiaritatem. Idem iudicium de Filio: nempe, et si doceat Pater, & Filius doceat eodem usque quo Pater, tamen peculiariter quodam modo, Filium docere. Et in hoc nostro negotio Patrem docete in Filio. Id autem significat missum esse Filium a Patre, ut doceat nos. Itaque, optimae ista coenuntur, Christus, quarenus homo, docet tanquam instrumentum. Et Christus Verbum, docet tanquam Mediator. Non enim est tanquam Mediator, qui fungitur vice instrumenti. Imo vero, quia Deitas mouebat hoc instrumentum, non tanquam alienum, sed tanquam suum: id est, sibi personaliter vnitum, ideo Mediator est idem Deus & homo. Nam Spiritus Sanctus, qui docet nos per instrumenta sibi non hypothecate vita, non dicitur Mediator, quemadmodum neque haec instrumenta, quae docent nos, et Spiritum, id est, mouente Spiritu, sed personaliter separato, mediatrum nomen non contineantur. Denique ipsa enim Christum, ut Deum, doctorum esse verum & principalem: sed cundem Deum & hominem, doctorum esse Mediatores. Neque enim pugnant doctor principalis, & Mediatores: propter unionem hypothaticam.

LIBER SEPTIMVS, CAP. III.

12

*τις ἡλός; Quis est qui dicit, Animam meam nemo tollit à me: quum vo-
la, depono eam: εἰς quam volo, sumo eam: quis in qua me est? Caro; an Verbum?
Respondentia statim Apollinaristæ, ἡλός; Ve:rum esse qui id diceret,
nusquam contradixit.*

XV. Bellarminus tamen contendit, ponere animam non esse Dei, sed hominis: quamvis potestas ponendi illam, & recipiendi ad libitum; sit à Deo data ipsi homini: nam ponere animam, quid aliud est quam motus & resumere animam, quid, nisi resurgere? Mori autem & resurgere, esse hominis, non Dei? Sic Augustinum hunc ipsum locam exponentem quærere, cuius sit ponere animam, an Verbi, an Carnis, an Animæ: & negare esse Verbi, aut animæ, sed carnis: & libr. 3. contra Maximinum, c. 14. Quid, inquit, quod etiam illud commorandum putas, quod manifestissime ut homo loquitur, potestas habeo ponendi animam meam? Chrysostomum etiam in hunc locum aliquoties repeteret hæc à Christo dicta secundum humanitatem. Viderit ergo Calvinus (inquit Bellarminus) quos autores sequarur, dum ponere animam suam, & iterum sumere eam, diuinatim tribuit.

XVI. Sed responsio facilis: nam de au. horibus, quos sequatur Caluinus, iam satis factum. Atq; eos quidem quos citauimus, si Bellarminus tantus controveſiarum helluo non vidit, non obſeruauit, quiſ excusat? Si vidit, & diſſimulauit, quiſ non damnet? Ipſe ergo potius viderit, apud quos cauſam ſuam probare poſſit: qui cum nihil fecerit quam Patres creperit; tamen aut in eorum lectione hospes eſt, aut certe iis ſe non veretur opponeſſe. Quanquam Caluinus, ſi nullum haberet ex Patribus aſtipulanteſ; tamen ſatis turus eſſet, quod Deum in Scripturis loquentem habuit au- torem. Qui dicit quod etiam Patres emendatioriſ ſe laſtūta? Nam illud certe de Chrysostomo falſum.

XVII. Ad Augustinum respondeo: Ponere animam, amphibolem esse. Nam neque *animam suam* unico sensu dicitur, neque *ponere animam*. Animam suam Christus potuit ducere vel *φυσικῶς* vel *ἰατρικῶς*. Suam, quatenus Verbum, *φυσικῶς* non potuit, sed tantum *ἰατρικῶς*, quatenus idem erat Verbum & homo, id est, Verbum, caro & anima, ut ait eodem tractatu Augustinus. Ergo, sic suam animam, quomodo suum corpus. Rursus ponere, vel passiue vel actiue. Passiue, quomodo nostrum qui que cum moritur, cui esse possit moriendi causa voluntaria, tamen moriendi ab ea causa necessitas naturalis, ut recte Aquinas. Actiue, quomodo Christus solus, non qua homo, sic enim passiue posuit: sed qua Deus incarnatus, animam a corpore sciunxit: ut loquitur Gregorius Nyssenus oratione in Christi resurrectione: Tertullianus Apologeticus cap. 21. *Spiritu* cum Verbo sponte dimisit praenatio carnificis officio. Est autem ab aliis dicitur Christus, quatenus Verbum, post ille actiue animam *ἰατρικῶς* suam. Qui tamen, quatenus homo, posuit passiue animam *φυσικῶς* suam. Et tenuo, posere animam, vel a corpore; qua phasis significatur mors: vel ab hypothesi, quasi sensus esset, semotam sive animam ab uno per hypostatica, in quam cum carne fuerat assumpta. Posterior sensus falsus est, quod enim Christus semel assumpsit, nunquam depositus: sed prius verus: quia vere Christus mortuus est.

XVI.I. Augustinus igitur multos est in hoc loco explicando: & primo contra Apollinaristas astrictum Christum esse, Verbum & hominem. Et quia homo conster carne & anima; ideo Christum esse: Verbum, carnem, & animam. Id autem est quod diximus, animam esse carnis *psuchā*, & Verbi *τελείωσις*. Deinde quærit, quis animam posuerit; an Verbum, an Caro, an anima. Verbum negat, quia, si dixerimus, inquit, quia Verbum Dei posuit animam suam, & iterum sumpsit eam: metuendum est ne subintret praua cogitatio, & dicatur nobis: ergo, si quando anima illa separata est à Verbo. Negat etiam animam; quia anima a seipso non possit separari. Concludit ergo, Carnem eam esse qua animam suam posuit. Quia hoc est ponere animam quod est mori. Id est, ut nos distinguebamus, posuit *πρότερον*, & huc vsque Augustino virtut Bellarminus. At nos diligenter attendeant, in eodem Augustino inuenimus nostrum ponere *εγερτάνως*: quod Bellarminus fitne dissimulavit. Caro, inquit, ponit animam suam, & Caro iterum sumpsit eam: non tamen sua potestate Caro sed potestate inhabitantis carnem. Adde ea quæ paulo ante citauimus. Itaque omnino cum Caluino, omnino nobilium, omnino cum Catholicis sentit Augustinus. Ponere animam passiuæ ad carnem referri: ut ponere animam actiue, ad Verbum. Sophisti, atque iesuita, qui à parte tantum arant.

XIX. Quarto: esurrectio Christi pars est nostrae redempcionis omnino essentialis. Tete Paulo 4.ad Romanos: vbi & que dicitur Christus resurrexisse propter iustificationem nostri, ac mortuus propter offendit. Et 8. Quia ei qui condonnet? Christus est qui mortuus est: immo vero qui etiam excaecatus est. Christoforus Homilia 9.ad Romanos, & 2. t. t. 10. p. 107. in vixit & dicens: Εγώ τούς καθάρισκαντος αλλ' ίνα διεργάτης είμι τόπος τούς απέδειχαν, πάσιν, ια & διγνωσκόντας. Non idcirco mortuus est, ut sibi reos haberet, damnatoque puniret: sed ut de nobis bene mereretur. Propterea enim tum mortuus est, tum resurrexit, ut inflos constitutas.

XX. Atqui resurrexisse Christum, non suæ carnis proprietate, sed suæ Deitatis potentia, Christianorum est qui ambigat nemo: quando audit ab Apostolo i.c. ad Romanos, declaratum esse Filium Dei, et dum ipsi nō in aliis agnoscuntur esse auctoritas verborum, potenter secundū Spiritum Sanctitatis per resurrectionem à mortuis. πρῶτος δὲ προφῆτης ἐν τοῖς γέγραπτοις, inquit Chrysostomus: Primus enim hic ἐν σολεῇ Iesum excitauit Athanasius de Assumptione hominis ad Marcellinum. Ecce Filium hominis, sicut Apostolus dicit, qui factus est ex semine David secundum carnem. Nam secundum Deutatem sic sit. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis. Eutychianus Romanus Episcopus Epistola 1. si titulus non fallit, & fallit profectio. Nam prima pars doctissima est: reliqua nugatoria. Sed ille tamen, quisquis est, in priore parte, Videat ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini. Deo vero carni excitatio deponatur?

XI. ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur?

XXI. Quinto: Mediatorem oportuit esse perfecte iustum. ut nos peccato perditos per suam iustitiam instauraret. At non potuit sola humanitas habere hanc iustitiae perfectionem. Itaque iustitia, quæ fuit in Christo ad Mediatoris opus necessaria, ea est proprium effectum Deitatis. Athanasius de Incarnatione Verbi contra Paulum Samosatensem, iubet cre-

C A P. IV.

*Argumenta Catholicorum ab effectis
Mediatoris.*

I. P Ræter has Mediatoris partes, virginem etiam Catholicum, eiusdem mediationis effecta in nos redundantia: quæ humanitati, non tantum nudæ, sed ne quidem distinctæ à Deitate, competere possunt. Eiusmodi effecta sunt, remittere peccata: tum dare Spiritum Sanctum: tertio salutare: quarto Deo coniungere. Quæc etsi re ipsæ non differant inter se, tamen cum à Patribus distinguantur, ac à nobis quidem confundenda erant. Et autem constat à Christo præstari ex visu Deitatis non autem humanitatis. Itaque, necesse est concedere eundem Mediatorem esse, non tantum qua hominem, sed etiam qua Deum incarnatum.

II. De primo, id est remissione peccatorum. Marc 2. *Iesus dixit Paralyticis: fili, remissa sunt tibi peccata tua: & cum murmurarent Iudei, Quid iste loquitur blasphemias? quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?* Tum Christus, *Vt scilicet Filius hominis prae ditum auctoritate eremittendi peccata in terra ait Paralytico, Tibi dico, surge, & tolle grabinatum tuum, & abi domum tuam.* Filius igitur hemiois *ἐξετάσας ἐξ*, autorizatorem habet, non *λειτουργίαν*, sicut *ταπερούν*, quomodo ministri Medicatoris, non ipsi Mediatoris: habet, in quam, auctoritatem remittendi peccata. Quam auctoritatem ipsi etiam lucidæ agnoscabant esse diuinam. Pertinere tamen ad Mediatorem, argumento est Filius hominis, quomodo soleretur Christus appellare proprie incautationem. Sed Athanasius audiamus Dialogos de Trinitate. Obiectum est Apollinarista. *Πᾶς αὐτῶν μήποτε κριτεῖν τὸν αὐτὸν μήποτε κριτεῖν τὸν αὐτὸν τὸν κριτην* Εκούσιον, εἰφέρειν αὐτὸν κριτην. *Χειρὸς γένερος τοῦ αὐτοῦ αὐτῷ τὸν κριτην*. Omnis homo est pars mundi: *ἔνα nulla mundi pars tollit peccatum mundi, cui peccato & ipsa subest.* At Christus tollit. Non est igitur homo Christus Orthodoxus respondebat. *Διὰ τὸ τόπον, ἵππῳ οὐδὲ μέρος κριτην τὸν αὐτὸν παρέπει τὸν κριτην ὁ δικαιοτέρος* Εκούσιον μορφὴν ἔλατε μέρος κριτην, ita τοι μέρος Εκούσιον σφαγεῖται μήποτε κριτην, ἀλλὰ τὸν αὐτοφέρειν Εκούσιον. Enimvero propterea quod nulla pars mundi tollit mundi peccatum, idcirco mundi opifex formam accepit pars mundi, ut quatenus pars erat mundi, occisus tanquam pars mundi, tolleret mundi peccatum, ut opifex mundi. Et rursus, cum similiter obiectum hæreitus, eum qui seruat à peccato, super ostrem esse peccato: itaq; non esse Christum hominem: quia homo est inferior peccato: Christus autem seruata peccato: respondebat Orthodoxus, εἰ τὸ αὐθεντικόν φιλός Χειρός, οὐδὲ τὸ λιγέστερον τὸν αὐτοφέρειν Εκούσιον, εἰ φίλος λοιπὸν αὐτοφέρειν. Διὸ γέ τέτοιο σώμαν τὸν αὐτοφέρειν τὸν αὐτοφέρειν Εκούσιον. Non est Jane Christus nudus & indutus taxat homo. Neque enim si duntaxat homo fuissest, sustulisset peccatum mundi. Per hoc autem Christus sustulit mundi peccatum, quod Deus Sermo, accepta serui forma, factus est Christus homo. Interrogat. contra Arianos, τὸν δὲ εἰσῆκτον μελλοντούς, τὸν δοκιμαστὸν τὸν λόγον διβατεῖ τὸν εἰσῆκτον μελλοντούς, γεραμμόν τον πατέρα τον αὐτοφέρειν, ὃν τὸν Γεόντα. Quomodo, si Verbum erat creatura, ienientem a Deo latram posset servire, & remittere peccatum, cum scriptum sit apud Prophetas hoc esse Dei?

III. De secundo. Augustinus Enchiritis iij c. 33. Quod ergo per Mediato-rem reconciliamur Deo, & accipimus Spiritum Sanctum, ideo est (sic enim le-gunt mea membranae & necessario) ut ex inimicis efficiamur fideles: quo-quot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei: haec est gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Est igitur verum, auctore Augustino, nos pe-Mediatorem fieri participes Spiritus Sancti. Sed id dilatius explican-dum. Nam Iohannis 14. Ego autem (inquit Christus) rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis in eternum. Quae quidem ad Christum referri possunt, qua hominem; cuius partes sunt, rogare Pa-trem ut mittat, non vero ipsum mittentes: sed 15. Quum autem venerit Con-solator ille, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus, inquam, illa veritatis illi testabitur de me. Et 16. Veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego a beate. Nisi e-um abiero, Consolator ille non veniet ad vos: sin autem profectus fuero, mittiam eum ad vos. Quibus locis sibi Christus uideatur vindicat mittendi Spiritus Sancti: & quidem a Patre, ut Mediatorem intelligas. Quis autem con-ceperit possit, quomodo humanitas Christi, distincte considerata, mittat Spiritum Sanctum? Cyrillus in Ioannae libro decimo c. 33. Nemo Spir-itum Patris per Filium, ut per ministrum, mittat ad creaturas credit: nam etiam id non nulli dicere ausi sunt. Credere namque debemus, quoniam Spiritus sic pro-prius Filius est, sicut sane ipsius quoque Dei Patru: sic circa ad sanctificationem no-rum discipolorum ab eo muti.

I. Nam, quod Bellarminus excipit, distinguens intermittere meritorie, & dare efficienter: merita sunt præstigia. Neque vñquam ullus Theologus sic loquutus erat, vt diceret, Spiritum Sanctum mitti merito rie. **Dixit Christus**, cum suas, tanquam hominis, partes significaret, roga bo Patrem & mittet vobis: sed non dix t, se mislurum. At cum suas, vt Dei, nō dixit rogaturum, sed mislurum. **Quid ergo**? **Nimirum**, aduersus nimis vrgentē vim veritatis oportuit nouas strophas excogita: i. ab iis qui mea daciū magis amant. **Sed concedamus tamē distinctionē**. Certe in Christo

vrumque inuenimus:mittit Spiritu meritorie, quatenus homo, asserat
Bellarmino: sed mittit etiam efficienter: ergo , quatenus Deus: & mittit,
tanquam Mediator, nam mittit a Patre: ergo frustranea distinctio.

V. Deterio: salvari fideles à Christo, notius est quam ut opus sit nos ad monem: ced ad id perficiendum Patres vno consensu assertunt, necesse fuisse, vt non tantū homo esset, sed & Deus verus: indeq; rationem sumunt & citoquātēs. Athanasius in eo multis est. Libro de Incarnatione Verbi, eiusq; corporali ad nos aduentu, ēι ἀπόλετον φέρεται τὸ παρεβάσιον: εἰς τὸν πατέρα οὐτοὶ συγχρέονται αὐτοῖς, τὸ τίνον γένεται ἐγκρατεῖσθαι φερετίτης οὐτοῖς; πάλιον ἔδιψοισι, ἢ πατέρων λόγοια πεσεῖσθαι κατεύκνησται λόγοι, τὴν τὸν αἴσχυλον τὸν ἵκτην μηδὲν πεποιηκότος πολλά, τὸν θεοῦ λόγου αὐτῷ πολὺ πιλεῖ τὸ φήμετον εἰς αἴθριαν κοινωνίαν, & τὸν πατέρα παντας διλαμψάντας τὸν πατέρα. Quandoquidem, preoccupante transgressione detinebantur homines sub corrupcione qua est prater naturam, spoliatiq; erant ea gratia qua secundum Dei imaginem creaverant, quid olim faciendum fuit, aut cuius opera necessaria erat, ut reuocaretur ad eam gratiam; nisi Dei Verbi, eius qui ab initio ex nihilo fecerat omnia? eius enim erat corruptum rursum ad incorruptionem transire, & quod maximum est, apud Parvum feruare. Idem s. Dialogo de Trinitate, cum obliteret hereticus: Neminem, qui motti obnoxius sit, aboleret mortem: at omnia hominem esse obnoxium mortis: Christum vero abolere mortem: itaque non esse hominem. Responder, Διὰ τὸ τέτοιον, ἐπειδὴ οὐδεὶς αὐτοῖς πεποιηκόται τὸν πατέρα τὸν πατέρα, τὸν θεόν, λόγον ὃν, τὸν πατέρα, εἴσατο τὸν πατέρα, ιὼν τὸν πατέρα τὸν πατέρα τὸν πατέρα τὸν πατέρα τὸν πατέρα τὸν πατέρα. Quoniam nullus hominum, ut qui mortis subiecti, mortem aboleret, idcirco immortalis Filius Dei, sermo simul, & Deus, sibi ipsi uniuersit id quod mortis subiecti, ut in morte aboleret eum qui mortis imperium habet. Et tursus dicente heretico, εἰ μέρον αὐτοῖς πατέρων λόγοις, τὸν αὐτὸν τὸν πατέρα, τὸν εἰ μέρον, τὸν αὐτὸν λόγον πατέρων λόγοις, εἰ μέρον, τὸν αὐτὸν λόγον, si tantum homo fuisset Christus, non iurauerat mundum. At si tantum fuisset Deus, non iurauerat patiendo: Vtrumque vero praesistit Christus. Est igitur & Deus & homo. Respondet Athanasius, τὸν διγνώμονα. diximus τὸν μὲν εἰς αὐτοῦ ποτε τὸν πατέρα, τὸν διοίτην ιγνοῖσθαι. εὐτοῦ τὸν πατέρα μὲν διοίτην, τὸν διατρέπειν μὲν αὐτοῖς αὐτοῖς, & ταῦτα τὸν πατέρα μὲν διοίτην. Ios. αὐτὸν εἰς αὐτοὺς. Nunc quoq; scienter loquimur: fuit n. necesse humanam naturam subiecti in passione, & dictatem ducim esse ad uitam. Itaque, nisi Deus esset, non viviscaret: & nisi fuisset homo, non passus fuisset volens: utrumque autem Christus praesistit, scilicet & passus est & viviscerat. Et igitur Deus & homo. Nec aliter Fulgenius ad Transmundum lib. 1. Revera homo salvare non potuit, si vel susceptor hominis naturaliter verus Deus non fuit, vel in veri Dei susceptione aliquid hominis defuit. Et libro tertio, Dum redemptionis commercium gereretur, pleno veroq; homini plenū utrumq; Deum decebat uniri.

VI Cyillus Alexandrinus expositione fidei ad Reginas, Cum legis scriptum, maledictum pronunciet, qui transgressus sit legem per peccatum, si qui peccatum non nouit, id est, Christus oblatus est, mortis sententia suscepit in iusta in iudicio, & patiens quæ decet pati eos qui sunt in maledictione, in oī δικαιοσύνης τοῦ πατέρος δοθεῖσι, τὸ πάτερον διδοὺς εἰς λόγον πέιραν καμέσθε, ut, qui omnibus præponderat, pro omnibus morientis, inobedientia omnium soluat accusationem: Et quod est sub cælo, seruit proprio sanguine, quæ ἡ μέρεν ἐί απάντων ανταγώνων, εἰς τὸν αὐτὸν πατέρα. εἰ δὲ νοεῖται τὸν καλωθρωτικὸν, τὸ στεγκὶν πίδια πατέρα, διχοτομῶν αὐτὸν ἢ συρπικτικὸν, τὸ δοπτερῶν λαύρων τὸν τετραγωνικὸν στεγανὸν διάβαλον. idem φοιτητοῦ τοῦ πατέρος Φιλίππου λαζαρίν. Non autem præponderasset unius omnibus, si homo fuisset simpliciter. At si cogitetur Deus, hominem ne assumpto, & propriacarne passus, parum est ad eum comparata universa creatura: ita que sufficit ad redemptionem omnium quæ sub cælo, solines carnū morte erat enim propria Verbi natu ex Patre. Idem Paschalium 16. Αὐτὸις δὲ οὐ πι-
τερικοῖς ἡμῖν, αὐτὸν διαγνάμενοι τοπεῖτε τὸν ὁ διονύσιον πατέρα, Cum igitur nobiscum infelicitate agere tur, ipsum necessario Filium suum dimisit Deus & Pater, ut res nostras in meliorem absque comparatione, quam olim fuissent statim transferret, ac salutem terræ incolis daret, cœlio nimis rurum peccato: queque per ipsū pullulauerat, cum ipso metu radicibus interempta morte, & ipsa præterea diaboli tyrannie euersa. ἐπειδὴ τὸ πατέρι τα λαρτὰ τὸ πατέρι φανῇ τὸ καθερωτικὸν τὸ μὲν ἀδείη μόνη τὸ μέλλον τῷ πατέρι τὸν τοπεικοῦν Φιλόν: Nec enim ulli rei creatam tam illustri praeterea quæ facinora cōveniebant, sed ei tantum, quæ super res alias omnes excellit natura, quæque supremo imperio ac prærogatiis egregie admodum exornata est, τιμὴ τοιων αὐτῶν ὁ μεγαλεῖς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, διὸ τὸ πατέρι παρακλητος τοπεικόν, & πεπινυμένος εἰς τεττα: Proinde factus est homo unigenitus Dei Verbi, per quæ omnia genita sunt, & facta seruantur.

VII. De quarto, quod Mediator debeat nos coniungere Deo; nec id possit, nisi ex que Deus sit & homo, atque ob eam causam mediatoris nomen habeat: multa sunt Patrum testimonia, & discretissima: è quibus pauca quædam obiter Bellarminus obseruauit, vnicum duntaxat recitatuit. Nostrum est plenius exequi, pro veritate demonstranda, quod ille promendacio facundum dissimilare maluit. Irenæus lib. 3. c. 20. ἐπειδὴ τὸν μετίτλῳ Θεοῦ τὸν αὐθόπιτον Αγ. τὸν Ἰησοῦν τοῦ ἐπιτέρου οἰκεῖοτέτος εἰς φιλανθρώπου ὀμφακαν πὺς αὐθόπιτος σωματικεύει τὸν μὴ παρεχόντον τῷ αὐθόπιτον αὐθέπαπος ἡ γραπτὴ τὸν Ἰησοῦν. Oportuerat enim Mediatorem Dei & hominū, per suam ad virumque domesticitatem, ad amicitā concordiamque utrosque reducere, & facere ut ē Deus assumeret hominem, & homo se dederet Deo. Athanasius dialog. 5. de Trinitate obiciunt hæretico. ei μένον λοι αὐθέπαπος ἐκελεῖται, ἢ εἰ μένον Θεός, ὅτι καὶ λοι μένον, ἵνα τὸ αὐθόπιτον. Si Christus esset tantum homo, vel tantum Deus, non esset medius inter Deum & homines. Respondet, διλογοντις Ἰησοῦς τὸν τύπον, ὃν τὴν αὐθόπιτον μάτι μόνον ἔδει ρωπον τὸν Χριστὸν εἶναι, μάτι μένον Ἰησοῦν. Benedictus sit Deus in his omnibus; quod etiam sis confessus Christum non tantum esse Deum, nec tantum esse hominem. Ἰησοῦς τὸν τύπον τὸν Χριστὸν εἴη μεσότις Ἰησοῦν εἴη πατέρον τὸν αὐτὸν. Ἰησοῦς τὸν τύπον τὸν Χριστὸν εἴη πατέρος. Unitus Deus homini est Christus, Mediator Dei & hominum: idem Deus, & homo.

VIII. Gregorius Nyssenus oratione in illud. Tunc ipse Filius subiicitur. Namque est in Patre. & factus est inter homines, in hec impletum suam intercessionem, quod omnes sis uniuersit, & per seipsum Patri: sicut dicit Dominus in Euangelio, ad Patrem verba faciens, Sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipse unus sint in nobis. Epiphanius Anchorato. Σωτήριος εστι της παλαιογνωστης Αποστολος Παυλος εις Γεος, & εις μεσογειος Γεος εις αιγαίου πατριων ιστος Χερσεις, δικαιομενη αρπαγη μεν ηγουσα τη ειρηνη οι Θεοι αλλα εισιν αντεκτοντες, μεριφθι δειλικ

λαβούν. ὅρες οι αὐτόρων αὐτὸν ἀπεφίλουσι, ἀλλὰ εἰ γινέτοι; τὸ δὲ μεῖον; Θεὸς καὶ
θρόνος, επεδὴ τοῖς ἑκάτεοις μεῖον δέιται, τοῦτος τὸ πιστεῖσθαι Θεός αἱ φύσει γεννητοὶ
γεννητοὶ μέρος· τοῦτος ἡ τοὺς αὐτόρων, αὐτόρων φυσικὸς γεννητοῖς οἱ Μαζίς, οἵτινες
σπέρματος αὐθόρας γεννητοὶ μέρος, τὸ τοῦτο εἰ μεῖον τοῦ Θεοῦ εἰ αὐτόρων θεῖος, εἴ τοι
θρόνος περιγραφή, καὶ τεχνητεῖς τῶν φύσεων. αὐλακηδὸν ιστορεῖται τὸ μέρον μετα-
τελεῖν. Concordat hinc sermoni Sanctus Paulus Apostolus Unus Deus, & unus
Mediator Dei & hominum, homo Iesu Christus, qui non arbitratus est rapta,
quod esset aequalis Deo; sed ipse exinanis ista forma servi assumpta. Vides declarasse
illum hominem, nec cumen nudum? Nam illud Mediator, Deus & hominem, ita
est, quandoquidem inter utrumque medius est: apud Patrem suum Deus existens
natura genuinus genus, apud homines vero homo naturaliter genuinus, ex Ma-
ria absque semine viri genus. Sicut enim Mediator est Dei & hominum, Deus
existens, & factus homo: non mutatus natura, sed secundum utramque (id est,
Deitatem & humanitatem) ad utrumque medium agens. Theodoretus dia-
logo 2.c.4. αὐτὸν δέ τοι μεῖον τὸ ὄντας θεότητος εἰστελεῖν, αὐτόν τοι εἰστελεῖν
οὐδὲ λογεῖν. Ipsum Mediatoris nomen hoc loco, & deitatem & humanitatem
significat.

I X. Pariter Latini Cyprianus ad Quirinum lib. 2. c. 10. Quod homo
Deus Christus ex utroq; genere concretus, & Mediator esse internos & Patrem
posset, apud Hieremiam dicit, Et homo est, & quis cognoscet eum? Augustinus
de Consenfatu Euangelistarum lib. 1. ad finem. Ideo Christus Mediator Dei &
hominum dictus est: inter Deum immortalem, & hominem mortalem, Deum vero
mo: reconcilians hominem Deum, manens id quod non erat. Idem
in expositione Epistola ad Galatas, si Filius Dei in naturali equalitate Pa-
tri manere vellet, nec se exinaniret formam serui accipiens, non esset Mediator
Dei & hominum. Quia ipsa Trinitas Unus Deus est eadem in tribus, Patre, Vi-
lio & Spiritu Sancto, Deitatis aeternitate & qualitate constante. Sie itaq; Uni-
cus Filius Dei & hominum factus est, cum Verbum Dei, Deus apud Deum &
Majestatem suam usq; ad humana depositus, & humilitatem humana usq; ad
Divina subiuxit, ut Mediator esset inter Deum & homines, homo per Deum ul-
trahomines. Fulgentius, siue alias quis autor est libri de fide ad Petrum
Diaconum, qui est inter Augustini opera. Is iigit c. 2. Idcirco autem Me-
diator, quia idem Deus atq; homo verus, habens cum Patre unam Diuitutam
naturam, & humanitatis unam cum matre substantiam: habens ex nobis usq;
ad mortem iniquitatis nostrae & paenitentiam: habens incommutabilem de Deo Patre in
stabilitatem: propter iniquitatem nostram temporaliter mortuus: propter infitiam sua
& ipse verus semper & immortalitatem mortalibus largitur. Leo Romanus
eius nominis primus, Epist. 12. qua est ad Iulianum Coenilem; verum homo
vero unus est Deo: ut secundum existentem priuam animam deducatur e colonie, se-
cundum carnem creatus ex nihilo, eandem gerens in Deo Verbi Dei personam, &
tenens communem nobiscum in corpore animamq; naturam. Non enim esset Dei ho-
minumq; Mediator, nisi idem Deus idemq; homo in utroq; & unus esset & vir-
tus. Vigilii cotta Eutychen lib. 5. c. 4. Unde medius erit si utramq; non habu-
rit? Quia nisi talem dederis inter Deum & homines, qui ita sit medius, ut ex utroq;
utrumq; sit, id est: ut & Deus sit propter diuinitatem, & idem homo sit pro-
pter humanitatis naturam, humana diuinis quemadmodum reconciliatum,
non ostendis. Nam quia transgressionem mandati initium Dei extiteramus, &
in contrarium animus discordantibus us vergebamus, a supernis declinantes, &
in imitantes, neesse fuerat interuersio miserationis Diuina solutio iniuriarum
contraria in unum reuocari, & supernis imarestitui, quod non aliter fieri posuit:
nisi talis Mediator existenseret, qui de celestib[us] veniens, conuertire terreni, ri-
tuens in se id quod erat, & assumens id quod non erat, unus fieret in utroq; &
ita per utrinq; nature communionem in una eademq; persona, & humana Di-
uinus, & Diuina sociaret humanis, prius utrumq; sine utrinq; abolitione, uni-
ens in seipso, dein omnes fideles Patri reconcilians Deo.

X. Hic Bellarminus distinguit Mediatorem substantialem à Mediato per operationem. Et explicat illam, quæ facta est in ipso Christo per incarnationem. Ethuc pertinere quæcunque a Patri bus citantur. Nisi enim esset Christus Deus, & homo, non esset sappositorum Diuinum in natura humana operans, & proinde non essent opera Mediatores infiniti pre-tij. Christum igitur formaliter esse Mediatorem, quantum ad mediationem operationis, per solam humanitatem: tamen, ut esset Mediator, & posset totum mundum redimere exrigore Iustitiae, debuit præter formam humanitatis habere diuinum suppositum: non poterat autem habere diuinum suppositum in natura humana, nisi in illo esset mediatio substancialis duarum naturarum.

XI. Sed hæc mediationis distinctio erat haec tenus inaudita, & non
utrum est sophista *πρέσβης* ad eludendam vim argumentorum, quam in-
firmare non posset. Quo sum autem, qui antiquitatem tantopere sefir-
gunt admirari, discedunt ab eius stylo? Nam Patres, apud quos hanc di-
stinctionem tam facile inuenias, quam in syluis Delphinem, non veter-
tut Christum appellare mediatorem, utriusque naturæ habitatione.
Cet nos ita cum illis loquentes aut hereticos appellant: aut blasphemos
cur anathemati deuouent? An illud verum eos Propheta tum sepulcrar-
dificare, qui ipsos si viuerent, non tolerarent? Ita, quorum nomen ven-
rabantur Papistæ, eorum stylum, & cum stylo doctrinam, damant.

XII. Deinde, cui bono hæc distinctione? recurramus enim ad statum nostræ questionis. Quærebamus, utrum Christus Mediator esset secundum alteram naturam, an secundum utramque. hæc verba Christi quidem naturas in persona distinguunt, at mediatoris sive nomen sive partes non distinguunt. Ergo, aut secundum substantialiem mediationem negandum est Christum dici posse mediatorem: aut, si id absurdum negatur: ergo vere nos extendimus secundum utramq; naturam esse mediatores. Nam Bellarmi non fateretur eam mediationem pertinere ad utramque naturam. Nam quodidem capite primo negabat, hanc mediationem substantialiem, illam esse de qua nos disputamus: non tam attendo quid dixerit, quam cui dixerit quæro. Nos enim si quem locum ei distinctioni damus, ita dicimus, ut dicamus eum, qui futurus est vere Mediator, utrumque habere debere, nempe & personam mediaticam, ut sit substantialiter Mediator, & operationes mediationis, ut sit etiam operatorius Mediator. Id eoq; solum Christum vere esse Mediatorem, qui utrumq; solus habent.

XIII. Quod vero negat istam substantialēm mediationem encarnatōrum naturas dissidentes, falso est. Et addita ratio, quia nunquā Christi humanitas

LIBER SEPTIMVS, CAP. V.

129

manitas fait contraria diuinitati, hæc, in quā ratio non potuit esse magis ridicula. Quomodo enim vel cogitare quisquam potuit ullo tandem modo Christum esse Mediatorem inter suam Deitatem, suamque humanitatem? Id ne Choribus quidem dixerit. *Nullus enim Mediator est unius*, inquit Paulus; ad Galatas: & Christus unus est constans ex Deitate atque humanitate. Itaque Veteres diserte Mediatorēm substantialiter dixerunt Christum inter Deam & hominēm. *Ἐπιφάνεια* (inquietabat Epiphanius) *καὶ μάρτυρες μαρτυρεῖσθαι*, secundum utraque ad utrosque medium agentes: nempe, ut paulo prius exponebat, ad Patrem, Deus existens: ad homines vero homo existens. Et Folgentius, habens cum Patre veram Divinitatis naturam, & humanitatis unam cum matre substantialiam. Sic ergo Patres iudicarunt, Christum quatenus Deus est & homo, esse substantialiter mediatorem, non in re suam Deitatem, suamque humanitatem, quoniam absurdius posset excogitari; sed in re Deum & homines: esse autem has naturas dissidentes, mirum si negare Bellarminus audeat.

XIIII. Tertio, Nos assertius Christum secundum utramque naturam, scilicet tum humanam, tum diuinam incarnationem, esse Mediatorem, & quidem mediatione; non tantum substanciali sed etiam operatoria: atque ita Patres docuisse. Itaque falso dixisse Bellatrinum omnes Patres loqui de mediatione substantiali. Quod ut manifestum fiat, repeto ex eius i.c. quatuor illos modos quibus sic assertit eam mediationem, quæ in operè consistit. Primus modus est, decernendo & iudicando causam: secundus: refrendo hinc inde pacta & conditiones utriusque partis. Tertius: orando & supplicando vni parti pro altera. Quartus: soluendo & satisfaciendo vni parti pro altera. Quotum tres primos esse communes dicit, quartum propriissime conuenire Christo. Ponamus ita se rem habere, & condonemus defectum quin i membris; quem Iunius obseruauit, scilicet regnum mediatorij: hoc est quod Christus obtinet non universaliter tanquam Deus æqualis Patri; sed specialiter tanquam mediator. Hunc, inquam, defectum condonemus. Hi enim quatuor sufficient.

XV. Enim uero alterutrum necesse est, vel omnes, quæ ad hos quatuor modos pertinent operationes, simul inueniri debere in ea natura, quæ mediatrix dicitur secundum operationem, vel sicutem quasdam. At non omnes; nulla enim natura posset esse mediatrix, ad quam aliqua operationum earum non pertineat; et ac tum non distinguendi essent varij mediatorum gradus, ut Bellarminus distinxit: neque sancti appellandi mediatores suo modo, ut appellant Papistæ. Deinde ne ipsa quidem humana Christi esse Mediatrix, quia ut probavimus, quædam effecta mediatoris in Christo, sunt Diuinitatis. Quod si humanitati satis sunt quædam operationes necessariae ad mediationem, ut sit & dicatur mediatrix: similiter concludimus de Deitate, si ad eam pertinet aliquæ mediatrix operationes: ergo eam esse participationem mediaticem, quo sensu iam ante diximus.

XV. Probatur vero antecedens. Nam primo, secundum modum non esse proprium humanitati Christi, sed communem cum Deitate: immo vero Deitati proprium *adveniat*, & h[ab] manitati communicatum *transponatur* tantum, quatenus Deitatis facta est instrumentum: probauimus tum ex scriptura, tum ex Patribus c. 3. Deinde in quarto modo præcipua satisfactionis pars consistit in perfecta Iustitia, quam a se non habet humanitas. Itaque sic etiam præcipuas esse Deitatis partes agnouerunt Vereres, ut prolatis locis docuimus. Et rursus, in ipsa morte, quum passionis partes ad carnem spectarent, tamen a Veritate suisse autoritatem animæ deponenda, ostensum est. Quin etiam primum modum discernendi, & iudicandi, an Bellatminus ausit Filio Dei æterno derogare? Itaque constat quasdam, addo etiam præcipuas, mediationis operatio[n]es partes pertinere ad Deitatem incarnatam. Itaque ex vi argumento omnino fatendum Deitatem incarnatam esse mediatorem. Denique quo loco Bellatminus numerabit reconciliationem nostrum cum Deo? An excludet a partibus mediatoris? Ecce proprius mediatoris. Contradicet Catholicis Patribus: contradicit Scriptura. Atqui id nullo pacto potest pertinere ad alteram naturam: sed ad utramque. Itaque recte concludebant Patres *ad ritus precites homines deo mittebant* *ad propinquos ita appropositi sunt*: mediatoris nomen significare (non potuit autem disertius exprimi nostra sententia, utramque naturam.

C A P. V.

De Christo homine Mediatore.

Consistmarunt suam veritatem Catholici: eandem nunc oppugnabant Papistæ. Qui ex vniuersa Scriptura locum unicum obiiciunt, est c. prioris ad Timotheum, *vnuis Deus, unus Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus*. Et dupliciter inde arguant. Primo; Cur, quæso, addidit Paulus, *Homo*, nisi ad exprimendum naturam secundum quam Christus est Mediator? Et ita notasse Augustinum libro 2. de Peccato originali c. 28. & sermone II. de verbis Apostoli. Præterea Apostolū distinxisse Mediatorem à Deo: dum inquit, *Vnuis Deus & unus Mediator*. Eigo, inquit, Christus nō est Mediator secundum naturam diuinam: sed tantum secundum humanam: secundum quam Christus à Deo distinguitur.

11. At respondent Catholici, ex hoc eodem loco, contrarium deduci argumentum. Nam quia probatum prius, non posse esse mediatorem, nisi in utraque natura: sic igitur Paulus nominans Christum Mediatorem in dicauit esse in Christo utramque naturam. Nec sane alio sensu Pates hunc ipsum locum sunt interpretati. Quos quia dissimulauit, non inutile sit Bellarmino, etiam nolentilegendos obtrudere. Epiphanius Anchored eges ois aorpanov autem amphiuitate, et illi ois kai lori ro pmeisins Theou aorpanov imidh tuis ergatirios meostrebe. eges nov mirega autem Thos ar Quid ym- eti. xerxoynei. eges tuis aorpanovs aorpanovs Fosting. Vides quod hominem ipsius pronunciantur, sed non nudum Mediator. n. Dei & hominum est, quoniam in medio utrorumque est: ad Patrem quidem suum Deus existens natura genitius genitus: ad homines vero homo naturalis ex Maria, citra semem viri genitus. Et si iste genitus: Theou aorpanov, Thos ar qd arpano xerxoynei. Sic enim Mediator est

¹²⁵ Deus & hominum, Deus existens & homo factus ἐπαπεις φύση, ἀλλα καὶ ἐκφέρει τὰς τὰ μόρια μετατίνειν: non mutatus natura, sed secundum utramque ad ambo medium existens.

III. Chrysostomus in locum pr' opositum, ò μεσίτης ὁ φέιλεις α' μεσοτοποιήσιν αὐτούς, ἢ εἰς μεσότης. Μεσίτους γράπτο εἰς τὸ εὐχετήρια ἐγράφουν, ὃν εἰς μεσότην καταγράψαν. ἵνα τὸ τέλον εἴδος ἔχοντας, τοῦ δὲ εἴδος ἀπειχοῦσι μένος οὐ κατέν μεσίτην. Enim vero Mediator utrisque eis debet societatee coniungit, quorum Mediator est. Id qui, p' mediatoris est proprium utrumque participantem fieri, quorum fuerit Mediator. Quod si unum quidem societatee contingat, ab alio vero fuerit separatus, Mediator iam dici non potest. Et ut intelligas de ipsa natura Chrysostomum agere, subi cit. εἰ τοῖς μὴ ἔχεται τῆς τοῦ πατρὸς Φύσεως, τὸν εἰς μεσίτης, ἀλλὰ ἀπειχοῦσι μάστηρ γράπτης τῶν ταῦθα αὐτῶν πατέρων Χρύστου, ἐπεδίνει τούτους αὐτῶν πατέρων ορθούς εκτονούς τοῦ Θεοῦ, ἐπεδίνει πατέρων Θεοῦ ορθούς, ἐπεδίνει γὰρ δύο Φύσεων μέσος γένεσιν, εγγένετον δύο Φύσεων αὐτὸν εἶναι δεῖ. Nisi igitur consors sit paterna natura Mediator, profecto non est, sed semiunctus est. Quemadmodum enim humanus natura connexus est quandoquidem ad homines venit: sic et diuinus: quandoquidem a Deo venit. Nam quia duarum naturarum medius est, vicinitatee coniunctum esse oportet earum duarum naturarum. Μάστηρ γράπτης τοῦ πατρὸς μεσίτης εὐχετήριος εἰς τὸ τόπον εγγένετος. Υπὸ τοῦ τοῦ Φύσεων μέσου, εὐχετήριος ὁ φέιλεις εἴη τοῦ Φύσεων εγγένετος. Quemadmodum enim cuiuslibet medium utramque partem contingit necesse est, ita et naturarum amb二者 medium oportuit utramque naturam contingit: εώστε εἰς τὸ θεωρεῖν μέσον εἰς τὸ θεοῦ λόγον. Quemadmodum igitur homo factus est, ita etiam Deo erat. Αὐτὸς πάτης γράπτης μεσίτης ίδει γράπτης θεοῦ Αγγέλον. Οὗτος δὲν αὐτὸν μεσίτην, εἰ γράπτης ιδέοντα αὐτὸν οἰς μεσίτηδον. Homo igitur non sūissest mediator: oportebat enim etiam cum Deo colliguntur (an potius Deo conciliari, ut legamus Αγγέλον τοῦ θεοῦ) Deus etiam Mediator non fuisset: non enim eum suscepissent si quibus mediis erat futurus. Occumenius disertius, επιτοιούσιον εἰδεῖ τὸ μεστόν λεγει μεσθόντα ἀμφοτέρους μεταξύ, ιδει εἰ μεστόν λεγει μεσθόντα γράπτης θεοῦ διαφοράν. Οὐ λόγος, σπερκαθεῖς παρεγράψεις, εἰδος φύσεων, εἰδος θεοῦ πατέρων τοῦ θεοῦ. Quandoquidem necesse erat eum qui mediator esset futurus, utrisque communicare, Filius Dei, Vetus, dum existens ante secula, ut Mediatoris munere fungi posset, incarnatus est εκ duabus naturis, Deitate videlicet atque humanitate. Theophylactus Chrysostomi, ut solet, vestigia sequitur.

V. Athanasius de Assumptione hominis. Vides, quia mediator, nec iam Deustantum pure sine homine quem assumpit dici potest, nec homo sine Deo. Considera quia duplex est in una persona mediatorus significatio, Deus & homo. Dum deo sit, & secundum carnem idem filius hominis sic. Ideo Deus verus & homo verus est hic Mediator, sicut & forma Dei, & forma hominis. Ambrosius, Dei & Christi unam significat esse voluntatem in salvandis hominibus; unde Deum Patrem, quia ab ipso est omnis autoritas, unum esse fatetur, & unum Mediatorem Dei & hominum Christum Iesum. Missus enim a Patre, factus arbiter reconciliavit Deum & homines, reformando eos ad agnitionem eius. Quia enim unus est Pater & Filius, non persona, sed indifferen- tia naturae, ut arbiter esset Dei & hominum. Filius Dei assumpta carne homo natus est, ut Mediator Dei & hominum homo esset Christus Iesus, id est, non sine Diuinitate, quia in Deo homo erat, & Deus in homine: & ut ex utroque esset Mediator, & utrumque reconciliaret, in se primum hoc fecit: non enim poterat unitatem Dei custodiens, Mediator Dei & hominum vocari, quasi alius esset Deus, qui dissidentem hominem a Deo ingratianum reuocaret: sed homo qui legem datam non prateriret factus est arbiter inter eum qui peccauit, & inter illum qui peccare ignorat, ut hic ignosceret, & homo de cetero in Dei fidem manaret. Haimo, Dominus Iesus in una persona verus Deus, & verus homo est. Si solummodo Deus esset, non poterat esse Mediator noster: quia ipse in natura Diuinitatis unius substantiae est cum Patre. E contra, si solummodo homo purus esset nequaquam Mediator esset inter nos & Deum Patrem: quia peccator esset, & similis nobis omnibus. Accepte ergo humanitatem nostram qui Deus erat: & per hoc, quia sine peccato conceptus, natus & conueneratus est, Deus verus & homo existens, innocenter pro nobis mortuus, factus est Mediator noster.

VII. Hæc est Patrum in eo explicatum loco concordia. Quid? quod Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 1. q. 22. punc. 3. diserte ex his ipsis Pauli verbis colligit, quod natura fuerit medius inter Deum & homines, utpote & homo & Deus: atque ita perfectissimus Mediator, natura etiam participans de utroque extremo. Hanc enim conditionem subindicauit Apostolus, inquiens, Homo Iesus Christus, id est talis ac tantus homo, nempe Christus, qui secundum aliam & aliam naturam est Deus & homo. Itaque vel ilios, vel Bellarminum necesse est longe à vero aberrare. Nam illi ex his Pauli verbis colligunt mediationem secundum utramque naturam: hic vero negant

secundum utramque, adstruit suam mediationem secundum humanitatem dunt axit. Quod si personam tantum comparamus, quis non videt unum Iesuitulum, amplius dico, omnes simul Iesuitas, imo quantumcunque est Papistatum non praeponderare? Aut quis nos misetur, illorum malle vestigiis insistere, quam horum deviationes sectari? Neque mihi nunc suam substantial em & operatoriam distinguat. Nam primo, Patres adeo illam ignorarant, ut ne nominarent quidem vñquam: imo crediderunt potius, neminem posse esse Mediatorum secundum operationem, qui non esset prius secundum substantiam: nec quenquam rursus secundum substantiam, qui non etiam operationes adhiberet. Deinde si distinctio retinenda est, constat Patres hunc locum potius intellexisse de mediatione substanciali: itaque necesse est à Bellarmino perpetram citari.

VII. Iam, quod querit, quare Paulus addiderit: hominem: Respondeo, eius rei causam non esse quam Bellarminus diuinat, nempe ut in mediationis officio naturas Christi distingueret, aut separaret potius. Quam igitur? Sedulius. *Quia de traditione erat dicturus, ideo hominem solummodo nominauit.* Nec male, qui statim Apostolus subiungit, *Qui semper ipsum dedit et remissionis premium Itaque sensus erit: Non separari quidem naturas Christi in officio Mediatoris, ut dicatur una Mediatrix, altera minime: sed distinguuntur tamen in mediationis operationibus,* quarum aliae ad Deitatem pertinente tantum, aliæ ad humanitatem. Hic autem Paulum voluisse loqui de ea operatione quæ propria est humanitati. Itaque hominem potius nominasse quam Deum: ut non pertinet homo, *et ergo nullus est Deus, ut distinguat à Deo prius nominato: sed ad suorum* eorum quæ sequuntur: contra quam Bellarminus censem.

VIII Vel potius homo sumitur non naturaliter, sed personaliter: est enim visibilissimum, ut tota persona Christi nominetur ex alterutra tantum natura in concreto: ut cum Deus gloria dicitur crucifixus. Nemo enim Catholicorum sic insani, ut intelligat nomine Dei eam naturam, secundum quam Christus est crucis affixus. sed potius eam personam, cuius erat ea natura: personam, inquam, cuius erat etiam altera natura, per quam & est, & merito vocatur Deus. Ita hoc loco Christus homo: non Christus quatenus homo; sive Christi humanitas: sed Christus, hoc est, ea persona cuius est ea natura, per quam & est, & vere appellatur homo. Atque iuxta illerum Veteres omnes paulo ante citati. Chrysostomus ὁ ἀπόστολος τοῖς ἑρμηνεύσας, ἔπειτα θεοῦ λόγον. Oecumenius, ὁ ἡδεῖ τῷ Θεῷ αὐτοῖς προερχόμενος. Theodoretus. Homo factus fuit intercessor. Amrosius. Filius Dei assumpta carne hominatus est, ut mediator Dei & hominum, homo esset Christus Iesus. Nec aliter idem ipse, quem laudat Augustinus, intelligendus. Cuius locos postea à Bellarmine recitatos videbinaus.

IX Sed quare Deum Paulus distinguit à mediatore? Nam inde Bellarminus ad acter concludit: ergo non esse Christum mediatorem secundum naturam diuinam. Sed negatur consequentia. Primo enim non sequitur. si primo loco nominatus est Deus, ideo non secundo intelligendum. Nam Ioannis 14. *Creditis in Deum etiam in me credite.* Et 17. *Vt vobis illum solum verum Deum cognoscant,* & quem missi Iesum Christum. Quibus locis quis neget distinctionem esse à Deo prius nominato Christū? Et tamen ne no concludat, nou esse in Christum credendum, quatenus Deus est: aut vitam non esse Christum, nisi quatenus homo. Quo igitur iure, quo imperio, cogit nos Bellarminus, ut omnem Deitatis considerationem abdicemus ab homine mediatore; quia post unum Deum nominatum, extinxatur distincte unus mediator homo?

X. Secundo, Deus non nominatur ad differentiam hominis postea nominati: sed ad differentiam mediatoris: ut ad Galatas 3; *Deus unus est, mediator autem non est unus.* Itaque personaliter intelligendus pro Deo Patre: inter quem & nos proprie Christus dicitur mediatoris officio functionatum in Scripturis, cum apud Patres. In i. Ioannis c. 2. *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.* Chrysostomus homil. 16. ad Hebreos. *Μετίστοιχος ἐνθέσθη Πατρὸς τῷ ὑψοῦ σὸν θέλαν ἡμῖν εἰρήνην* οἱ Πατέρων τῶν αὐτοπροσώπων ταύτην, ἀλλά εἰρήνην τοὺς ἡμέτερους ἐχαλεπίσαντος αἵ τι μάρτυρες δόρους μετίστοιχον τούτου ἐγένοντο ἡμεῖς τῇ αὐτῇ, τῇ ἐπίστασει αὐτῶν. ηδὲ οὐτοὶ μετίστοιχοι λόγους ἀπηκρίθησαν τῷ πατρὶ Πατρὸς ἡμῖν Διεργορεύοντο τῇ διανοίᾳ αὐτοῖς. *Mediator Filius factus Patris ē nostrum.* Noiebat Pater relinquare nobis hanc hereditatem: quin irasceretur, & indignabatur tanquam alienatus. *Mediator igitur factus est filius ē nostrum:* eique persuasit. Et quidem vide quomodo mediator fuerit. Verba vltra citroque retulitoa qua Patris erant ad nos deferens & mortem adiiciens. Cyrillus in Ioannem libr. 11. c. 7. *In quantum mediator est ē Pontifex, nostras preces ad Patrem adducit.* Itaque Ambrosius paulo ante citatos hunc ipsum locum eam ob causam de Deo Patre interpretatur. *Vnde inquit, Deum Patrem, quia ab ipso est omnis autoritas unum esse fatetur.* Itaq; sensus erit, *Filiū Deum mediato rem esse pro hominibus apud Patrem.*

XI. Sed instat Bellarminus, primo sic confirmari Arianismum. Id enim Arianos cuperat ut vbi cuncti legitur unus Deus, aut simpliciter, Deus intelligatur Pater, non Trinitas. Secundo Chrysostomum, Oecumenium, Theophylactum, in hunc locum, notare per illud *vnuis*, non excludi Filium, sed Deos Gentium. Itaque intellexisse per unum Deum, non Patrem, sed Trinitatem Augustinum etiam sermonem in Psalmum 29. dicere, unum Deum significare Trinitatem: Et Christum esse mediatores inter Trinitatem & homines peccatores. Tertio, Non solum Patrem fuisse nobis infensum ob peccata, sed etiam Filium, & Spiritum sanctum. Totam igitur Trinitatem à mediatore fuisse conciliandam. Ideoque & unum Deum apud Paulum intelligendum totam Trinitatem.

XII. Respondeo, primam instantiam esse meram calumniam. Nam Ariani, nō hunc tantum locum, sed omnes, vbi De nomen occurrebat, ita interpretabantur, vt solum Patrem Deum assererent, Filium negarent. At Catholici non omnibus locis, sed tantum quibusdam Dei nomen tribui Patri obseruant, vt isto, vt ad Romanos primo, vt Ioannis 17, & alii non nullis. Tribui autem non id est, quasi hoc soli Patri ius esset, vt Deus appellaretur: sed tantum ~~ut rogeretur~~, propter ordinem illum, quem constanter Scriptura obseruat, vt primus Pater sit, à quo Filius, & Spiritus

Sanctus: et si æque cum Patre Dei tum essentiam, tum nomen sibi videnti-
cent Filius & Spiritus Sanctus. Hæc confessio, si tanquam Ariana traduci-
tur, quid est, quælo, quod deinceps dici possit Catholicum? Aut quis se
tandem sperare possit aeternam quietem? si eos qui sic credunt, sic docent le-
suitis licet tanquam haereticos infamare? Nec sequitur, Ariani volunt Pa-
trem integrum, non Trinitatem, quoties unus Deus nominatur, aut Deus
absolute: Ergo, nunquam Pater intelligendus, quum sic Deus nominatur.
Imo media via tutissima est, ideoque Catholica: ut nec semper Tri-
nitas intelligatur: nec semper solus Pater. sed aliquando illa: & hic etiam
aliquando.

XIII. Atqui Chrysostomus, Oecumenius, Theophylactus. Optime quid igitur illi dicant videamus. Chrysostomus, *Tieus, οὐ γέ, τι θεοῦ ερεβόμενος ποιεῖται αὐτὸν θεόν*; aut *πλαίσιον τούτου εἰδένεται, μάλιστα γάρ τοι.* Quid ergo? *Filius non erit Deus?* Imo erit. *Quomodo ergo unum dixit ad differentiam idōvrum, non vero propter Filium,* *καὶ φῶτὸν διείστη, καὶ τικτόν, λογοθέτον.* Nam de veritate aut errore omnis illi sermo erat. Tum illa subiiciuntur que de Mediatore utriusque parti communicante iam recitata sunt. Oecumenius & Theophylactus hærent Chrysostomi vestigis. Nisi quod praterea querunt, cur non sit loquutus Paulus de Spiritu Sancto: & respondent, factum ad vitandum τῆς πολυπλοκῆς suspicionem.

XIV. Ab eorum auctoritatibus Bellatminus concludit *et* *Theta*s intellegendum de Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Vide te quantum distet viratio. Nam Catholicus inde potius concludet illud *et* *Theta*s de Patre intelligendum. Primo, quia nomen Patris Paulus non exprefserat: sed tantum Dei Si ergo absurdum est Dei nomen soli Patti tribui, unde nasci poterit obiectio; ergo Filius non est Deus? Quæ inde tamen quasi ex se nascitur, si dicas, Vnus est Deus Pater & vnum mediator, Iesus Christus homo. Et hæc ita contexta verba, videbunt ut facessent re negotium Catholicis, hereticis vero fauere. Non autem si dicas, Vnus est Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: & deinde vnum mediator homo. Secundo soluto non inde sumitur, quod *Theta*s nomen tres personas complectitur: sed à natura mediatoris, qui secundo loco nominatur. Itaque Iesous est: æque Filius afferi Deum verum, cum vocatur mediator; ac Patrem, cum dicatur Deus. Vnde necesse erit, ut mediatorem de Filio, sic Deum de Patre intelligere. Tertio, nullus esset alias locus dubitationi, quam Oecumenius soluit: nempe cur non sit locutus Paulus de Spiritu Sancto. Nam si de Patrespecialiter Deum non dixit: certe tam de Spiritu sancto loquutus est, ac de Patre, & Filio. At concedunt Oecumenius & Theophylactus, non esse loquutum de Spiritu: Ergo, Dei nomen non significat totam Trinitatem eo loco.

XV. Et sane ridicula est consequentia : Deus vnuſ non excludit Filium. Ergo, Deus non dicitur ſpecialiter de Patre. Nam Chrysostomi, & aliorum ea mens eſt, quod Pater dicitur eo loco vnuſ Deus, non eo ſpectare, vt negetur Filius eſſe Deus; ſed tantum ut idola. Dicam planius: Pater dicitur vnuſ Deus, non ut ſeparetur a Filio, quaſi iſis negaretur eſſe iuſus Deus: ſed tantum, ut intelligatur, Deum Patrem non esse Deum, quem admodum Ethnicorum idola dicuntur dij, per humanae veſtanſi errorē: ſed Deum, qui vere ac rei pſa Deus eſt: imo ſic Deus, ut præter eum Deum, nullus sit aliud Deus. Hæc genuina Chrysostomi ſententia: quam calide Bellarminus diſſimulat. At ea ſemper ſupponit eo loco per Deum intelli-gi Patrem: quod Bellarminus male negat.

XVI. Venio ad Augustinum: cuius haec verba recitantur. Quid est Mediatores esse, inter Deum & homines? Non inter Patrem & homines; sed inter Deum & homines: Quid est Deus? Pater & Filius & Spiritus Sanctus. Quid sunt homines? Peccatores, impii, mortales. Inter illam Trinitatem & hominem infirmitatem, & iniquitatem, Mediator factus est homo, non inique, sed inanes infirmus. Et indicatur à Bellarmino alter locus in commentario c. 3 in Epistola ad Galatas.

XVII. Respondeo: primo, ab Augustino non exponi; imo nec enim quidem hunc locum, quem præ manus habemus: sed ex 8. ad Roman. Qui sedet ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. quorum verborum occasione inducitur hic sermo de Mediatore. In quo si ea mens Augustini esset, quam vult Bellarminus; solitarius esset. Nam, ut ostendimus præcedenti capite, omnes Patres in alteram partem eunt. Secundo, hec verba, Non inter Patrem & homines, sed inter Deum & homines: non esse Augustini quicquam afferentis, sed mouentis questionem; & quidem enim modi questionem; quæ magis ad formam loquendi pertinet quam id rem. Nimirum, queritur, quare dixisset inter Deum & homines, & non potius, inter Patrem & homines. Itaque non negat Christum esse Mediorem inter Patrem & homines: sed tantum ratione reddit, quare pro Patre substituatur nomen Dei. Tertio, etiam Augustino homo non significat humanitatem distinete, sed incarnationem. Et sane locum Bellarminus truncavit. Nam statim sequitur, Atque ita, ut inter hominem & Deum Medicator existet; Verbum caro factum est, id est, Verbum homo factum est. Ergo, ad Medicatoriis officium vitramque naturam Augustinus iudicauit necessariam. Et in Epistola ad Galatas. Nam si Filius Dei in naturali aequalitate Patris manere vellet, nec se exinaniret, formam serui accipiens, non esset Medicator Dei & hominum. Quid regent ne haec verba commentariis: est ne aliquis, qui non intelligi, cum dici Medicatorem, qui naturaliter æqualis est Patri? Eum, qui exinanuit se ipsum: cum denique, qui serui formam assumpsit? Is autem quis est? Filius Dei absque ullo dubio. Sed quomodo an secundum carnem: an potius secundum Deitatem? Secundum id, per quod naturaliter Patri est æqualis. Certes ciunt omnes Catholicæ carnem non esse exinanitam, sed eam in altissimum gloriam gradum: Carnem non assumpsisse formam serui: sed ipsam fuisse formam serui. Itaque, sententia est Augustini, Christum, quatenus est Filius Dei aeternus, sed in carnatus, esse Medicatorem inter Deum & homines.

XVIII. Restat ratio, quam ultimo loco Jesuita protulit Etate
quidem totam Trinitatem fuisse peccatis offensam: fuisse igitur con-
ciliandam Sed ideo à Paulo per unum Deum, intelligi Trinitatem, nulla
necessitate efficitur. Ratio est, quia Ioannes, dixit, *Si quis peccauit*
simpliciter, non vero peccauit aduersus Patrem, vnam Trinitatis
perilosum.

personam: sed preceauit. Quid ergo? Si quis peccauit, habemus Aduocatum? Quem Aduocatum: apud nos totam Trinitatem? Imo apud Patrem, Iesum Christum. Itaque, et si verum sit peccatis offendit totam Trinitatem: tamen illud etiam verum est, pro condonandis iis ipsis peccatis, quae offendunt totam Trinitatem: aduocatum esse constitutum Iesum; sed apud Patrem. Nimirum, quia revera non potest nobis conciliari Pater; quin tota conciliatur Trinitas.

XIX. Et sane dissimilanda est Natura Trinitatis *οὐτὸς οὐρανούς*. Natura, ea est, ut tres personae sint unus verus Deus; ideoque inter se *οὐτὸν οὐρανούς*, & reliqua. Sed Oeconomia secundam personam exinxuit quodammodo, & *οὐτὸν οὐρανούν* non *φυσικόν*, ut conferret naturam; mansit enim quae erat: quia non potest mutari Deitas: sed *χρήματα* assumpta carne. Et per hanc *οὐρανούς* Christus Mediator est, qua Deus incarnatus: non vero per naturam, qua Deus. Secundum eandem *οὐρανούς* non tota Trinitas, sed Pater est, apud quem fit mediatio; ut Epiphanius loquebatur *μητρίους τοῦ πατέρος*. Sic nunquam in Scriptura representatur Christus orans sive Filium, sive Spiritum Sanctum: sed duxit ad Patrem. Ab hac dispensatione Catholicis quidem nefas est discedere, nefas est discurrere in alienas speculations, quas sibi humana curiositas indulget. Papistæ viderint quid sint acturi.

C A P. VI.

De Patrum autoritatibus.

I. Patribus in suæ cause subsidium, quatuor duxit Bellarmine profecti, Cyrius, Chrysostomus, Augustinus, Fulgentius. Quorum nominibus si nomina tantum opposuerimus, Irenæi, Athanasi Epiphanij, Theodorei, Cypriani, Leonis; qui neget obiectio factum? Nam, & hi Patres fuerunt, nec dominis nullius: addo etiam antiquiores. Et, ut illud valere iubeamus, tamen *ἰχθὺν τὸν παλαιὸν ψόφον*, in utramque partem scindetur Veterum Patrum numerus. Itaque commune est argumentum; Imo vero, quia nos *ψήφων τῶν θεονόμων* superiores sumus, informior aduersariorum causa. Et tamen Chrysostomus, Augustinus, Fulgentius à nostris partibus state iam docuimus. Sed videamus, quid noui proferre queant lesuitæ.

II. Cyrius, in defensione Anathematismi decimi proponit obiectio: *Si Deus Verbum est sacerdos, cui, vel quali Deo suum ministerium offeri: Respondet autem: Quando factus est homo, vocatus est Pontifex, non quod maiori Deo offerat sacrificium, sed sibi ipsi & Patri. Et rursus, Audiens, quod dictus est sacerdos, propter humanitatem, erubescitne? Deinde, quomodo non admiratus, quod non secundum sacerdotum morem alteri fecerit sacrificii ritum, sed sibi ipsi & Patri, ut dixi: Hic (inquit Bellarmine) Cyrius, non solum aperte dicit, Christum esse Pontificem propter humanitatem: sed etiam cogit nos intelligere negatiuam, id est, non propter diuinitatem, cum dicit, eum sacrificium sibi ipso obtulisse & Patri. Non enim potest unus & idem sacrificium offerre, & accipere: sed sacrificium accepit, ut Deus: ergo, non offerit ut Deus. Offerit igitur tantum ut homo. Vnde idem libro 11. in Ioanne c. 7. In quantum Filius & Deus est, unatum Patre nobis bona largitur: in quantum vero Mediator est, & Pontifex, nostras preces ad Patrem adducit.*

III. Respondeo: multa dissimilari à Bellarmino, nimis vase. Itaque totam causam altius repeatam. Cyrius Nestorii errorem penitus confondere volens, inter alios anathematizatos decimo loco, hunc posuerat: *ἀπίστολον ήμερον γεράνιον φονον, σὺν αὐτῷ τὸν Θεόν πατέρα, ἐπειδὴ τοιούτοις οὐκέτι φρόντιζεν*; *καὶ τὸν εἰρηνήν* (*καὶ τὸν εἰρηνήν*, *καὶ τὸν εἰρηνήν*) *αἰδηρῆτον* *τοῦ Σίqu Pontificem & Apostolum nestrūm factūn fuisse dicit, non ipsum ex Deo Patre Verbum, quando factū est caro, homo nobis similius; sed tamquam aliū proprie ad eo hominem è muliere: vel, si quis dicit, etiam pro seipso obtulisse oblationem & non pro nobis solis, (neque enim oblatione opus habuit qui peccatum ne cuius) Anathema esto. Hac huius Anathematizati verba à nobis stare quis est qui nos videat? Cetero diserte pronunciant Verbum ipsum carnem factū esse Pontificem nostrum. Quod si concedant Papistæ, alia pax erit. Sin minus, videant, ne Nestoriani scleris participes codem Anathematizati vinculo innudentur.*

IV. Cum hos Anathematizatos varie variis accepissent addidit singulis Cyrius *ἐπιλέξεις, declarationes, vertit interpres*. Huic igitur istam, *Συμπλήρωμα οὐρανούς, τῷ οὐρανῷ πατέρες φύων λόγῳ* *τοῦ αὐτού τοῦ θεοῦ διπλῶν, τῷ τοῦ οὐρανού*. Κύριος ὁ ἀντηθεῖσθαι Φύσιν τοῦ οὐρανού, καθήκεν ταῦτα εἰπεῖν, μηδὲν δύλει λαβεῖν, καὶ κατερματεῖν οὐδὲν αὐτούς. *τοῦ Απόστολοῦ*, *τοῦ αἴροντος μάτην, τῇ εἰς τὸν οὐρανόν τοῦ αὐτοῦ*. Exigui momenti equidem Verbo deo patre nato sunt humana, non tamen reticenda propter econsumam. Qui enim natura Dominus erat omnium, demisit se ad statum nostrum, forma servi accepta, & nosci Pontifex appellatus est, atque Apostolus, humana mensuris ad hoc illum vocantibus. *Αλλ' οὐδὲν οὐδὲν οἱ ἵεροφυλοι τοῦ Θεοῦ λόγοι αὐτῶν παρέτισαν* *τοῦ Χρυσοποιοῦ περιπολίαν*, *τοῦ Απόστολοῦ*, *τοῦ αὐτούς οὐδεὶς οὐδὲν, τῷ τοῦ οὐρανού εἰς τὸν οὐρανόν*. At nescio quo paro quidam abrepti in alienas opiniones, affirmant neque ipsum à Deo Verbum hominem factū appellatum Pontificem, atque Apostolum nostra confessionis. & propositum in eum gradum deuenisse. E. hæc quidem constant cum Anathematismo, nostreque causa faciunt. Nam & Catholicis tribuunt confessionem nostram, quæ Verbum ex Deo natum, incarnatumque afferit esse Pontificem: & contrariam sententiam hæreticis assignant: ut nos Papistæ. Non ouim ouo similius.

V. Hæc ita scripta Orientales Episcopi Nestorii fauentes impugnabant, negantes Deum Verbum dici posse Pontificem: idque confitebant, tum aliis nonnullis argumentis; tum hoc, quod solum Bellarmine excerpit, quasi Christo sacerdoti necesse sit offerre sacrificium Deo alicui majori. Itaque, non à scipio Cyrius eam obiectio commentus

est, ut plerumque sit; sed re vera audiuit à suis aduersariis; negantibus id ipsum, quod hodie Papistæ negant: adeo hæc omnis historia præjudiciis plena est contra eos, qui nobis hodie ob veritatem faceant negotium.

VI. Sed quomodo r̄ spondet Cyrius? Is, inquam, qui tam diserte & sub anathematis denunciatione cauit ne quis neget Verbum incarnatum esse Pontificem: cauit ne Palinodiam! Ita enim necessè esset, ut à suis partibus ad Papistatum, hoc est Nestorianorum, partes accederet. Sed non canit, imo, ut qua haec tenetur recitata sunt, omnia dissimulauit Bellarmine: ita in response longe maximam partem omitit suo commendo. Ego describam plenius. Primum igitur: *Nec absurdum, inquit, quod nolant Dei Patris Verbum à nobis nominari Apostolum & pontificem confessionis nostra, quando factus est homo*. Quomodo ergo non absurdum? An, quia probandum? Minime vero: sed, quia necessario consequatur, aliis corundem hæreticorum hypothesis. Nam qui proflus aruant naturam eius secundum carnem calumniari, & reiectam, quasi non veram, facere audent, non forenes dici sanctam Virginem Dei genitricem, quomodo non & dispensationis modos visarent? Ergo, Cyrilo indice, eiusdem est negare Verbum natum ex Virgine, & negare idem Verbum incarnatum esse Pontificem nostrum. Causa tibi Papistæ. Et interea novent, hoc sacerdotium pertinet ad *οὐρανού*.

VII. Sed iam r̄ peita obiectio, Eia, inquit, *Si ipsum Dei Patris Verbum factus est Pontifex, quis ora, maior est, ille, an is, cui sacerdotali ministerio seruit?* Respondeo: *Igitur dicam iterum, Crede quod, quamvis Deus secundum naturam esset in forma Patris Filius, non rapinam arbitratus est se esse Deo & qualiter, sed seipsum exinanivit formam Dei effundens. Si autem factus est homo, assumpsit autem formam, quomodo renescitur parum, & dispensationis sermonibus incinguum appellari & Apostolus & Pontifex?* Ruris ubi similis Cyrius, tum afferens Verbum incarnatum esse Pontificem, tum hunc Pontificatum referens ad dispensationem. Sed hic insuper oppositam habemus affirmationem negationi: ut sciamus, quemadmodum hæretici negabant, & calumniis impugnabant, ita Cyrius constanter affirmsesse, Verbum incarnatum esse Pontificem.

VIII. Denique, Confitemur, inquit, quod Deus est in carne & sanguine, & humanitatem mensuram per humanam agnoscimus. Mille enim millia sanctorum Angelorum ministrant ei, & diuinū eius Chorum circumstant Seraphim. Quando autem factus est homo (& hæc quidem sunt, quæ prole Bellarmine recitat) vocatus est & Pontifex, non quod maior Deo offerret sacrificium, sed sibi ipsi & Patri fideli nostra confessionem procuraret. Audiens, quod dictum est sacerdos propter humanitatem erubescitne? Deinde (Græce crediderim esse in ei), igitur: *nam Latina non quadrat* quomodo non admiratus, quod non secundum sacerdotum morem alteri fecerit sacrificii ritum, sed sibi potius & Patri, ut dixi. Quando dicitur (& hæc omisit Bellarmine) *indignum esse Deo ut sacrificet, astipulor & ego: scilicet si solum sit & absque carne Verbum, dixerit recte: quia autem factum est caro, inde & sacrificante propter humanitatem, & in dignitatibus ultra creaturam sicut Deum*. Hæc Cyrius. Nota pittatum: Deum factum carnem esse Pontificem. Deinde, Deum sacrificare sic distingui, ut Deus solum dicatur: vel Deus incarnatus. Deum solum sacrificare indignum esset: at non item Deum incarnatum. Hæc aperite nostra sunt.

IX. Sed duo Bellarmine opponit. Primo, Christum esse Pontificem propter humanitatem. Secundo, Christum sacrificium sibi obtulisse & Patri. Vnde concludit non esse igitur Pontificem propter diuinitatem. Respondeo ad primum: Cyrius non dixisse Christum esse Pontificem propter humanitatem: sed potius Verbum. Etsi autem Christus sit Verbum, tamen aliter nominatur Christus, aliter Verbum. Christus quidem est tota persona constans duabus naturis. Verbum vero ex altera tantum natura. Itaque Christus totum suppositum designat. Verbum vero Deitatem. Secundo: Propter humanitatem nego esse idem, quod secundum humanitatem. Nam hoc quidem Deitatem excluderet. Ut cum dicitur Deus mortuus carne, sine secundum carnem, significat mortem illam sic proprius fuisse carnis, ut Deitatis esse non potuerit. At vero illud non excludit: significat enim Verbum non in suis diuinis esse sacerdotem; sed esse tamen propter incarnationem; hoc est, ut loquebatur idem Cyrius, quando factus est homo. Quomodo, Mortuum Verbum, propter humanitatem, sine propter carnem, dici non potest. Itaque, negatur consequentia, quæ dicit, Sacerdos est Verbum propter humanitatem: Ergo, non est sacerdos secundum Deitatem; omnino negatur Verbum esse sacerdos: quod tamen ponit, qui dicit, Verbum est sacerdos propter humanitatem.

X. Ad secundum facilis solutio, ex Cyilli distinctione, tum Dei filius, & incarnatus: tum naturæ & dispensationis. Sacrificium offerri à Deo, tantum Deo, & secundum secundum naturam suam, hoc vero indignum est: At sacrificium offerri à Deo incarnato, & per dispensationem, nihil est absurdum. Similiter sibi ipsi Deo tantum Deo, & in sua natura offerri sacrificium à Verbo, absurdum est, ut nihil magis. At sibi, secundum naturam tantum Deo, offerri sacrificium à Verbo, Deo quidem, sed incarnato, & per dispensationem, nihil habet à ratione alienum. Nam quod subiicit Bellarmine, non posse unum & eundem, ut eundem, sacrificium offerre & accipere: si lumen est, nisi addas etiam eodem respectu, & secundum idem. Sed tum falsum est Verbum, eodem respectu, & secundum idem, offerre & accipere. Offert enim, ut Mediator, recipit ut Deus: tantum offers dispensatione, recipit natura.

XI. Superest alter à Cyrius locus, cuius intellectus facilis. inquantum, inquit, *Filius & Deus, una cum Patre bona nobis largitur*. Quis neget? nisi qui idem neget esse Patrem in quantum vero Mediator est, nostras ad Patrem preces adducit. Ego, inquam, quatenus Verbum incarnatum. Nam antea constitutum est non esse Mediatorem, nisi quatenus Verbum incarnatum est. Itaque illud quidem esto Naturæ, hoc autem dispensationis.

XII. Ad Chrysostomum venio. Is homilia 16. ad Hebreos. *Quid est?* inquit, *Mediator? Mediator non est Dominus rei, cuius est Mediator, sed alia quadam res est*. At quis dicit (inquit Bellarmine) Christum, ut Deum, non esse hominem? Ergo, Chrysostomus secundum formam serui vult Christum esse Mediatorem?

XIV. Hec Chrysostomus. in quibus venatur Sophista amb guitarum illius Kver & nō ἔπειρηστο. Christus, inquit, quatenus Deus, est Dominus. At M-diator non est Dominus. Ergo, Christus, quatenus Deus, non est Mediator. Imo, inquam, Christus, quatenus homo, est Dominus. Psalmo 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo. Ad Hebr. 1. Quem constituit heredem omnium. Et 2. Constituisti eum super opera manuum tuarum. At Mediator non est Dominus. Ergo Christus, quatenus homo, non est Mediator. Placetne? Imo blasphemum, sed æque hoc & illud. Quid ergo? Nimirum haud absolute dominum Chrysostomus dixit, sed Kver & ἔπειρηστος: & nō ἔπειρηστος, cuius negavit dominum, intellectus effectum ipsum mediationis, quod non sibi, sed alii cuiquam Mediator procuret. Patet ab exemplo. Non enim dixit Εὐαγγέλιον, eius qui ducturus est uxorem, non esse dominum Mediatorem. Nam contra testis est quotidiana experientia. Nam & pater nuptias liberas suis, & Rex suis subditis passim procurat: & Dominus suis seruis: sed dixit ipsum τὸν γαμέων non esse μάρτυρα οὐδὲ πατέρα, ipsum qui ducit uxorem, non esse mediatorem nuptiarum. Sed eum qui ducituro adest. Nempe igitur ille Mediator non est nuptiarum Dominus: hoc est, sibi ipsi nuptias non procurat. Itaque hoc sensu, omnino Christus, neque secundum Deitatem, neque secundum humahitatem, Dominus est Εὐαγγέλιον. Non enim sibi, sed nobis conciliauit Patrem: non sibi, sed nobis hereditatem acquisivit. Nam etiam si eius sit hereditas, tamen non sibi eam acquisivit, ex vi mediationis: alias Mediator diceretur inter se & Patrem: quod est οὐκ εἶδος δύο τοντούς.

XV. Sequitur Augustinus, à quo multa testimonia desumuntur, etiam ridicula d. ligentia, è singulis tomis singula, & quidem præsente nota:ne forte lector non aduerteret, non satis Iesu tice diligens. Quod exemplum si incisisset in Theophrastum, mirum ni in capite ~~xxvii~~ mīs pūxpo-
φιλονυμias locum assignasset. Dscribam: Libro 10. Confessionum cap. 43
In quantum homo, in tantum Mediator: in quantum autem Verbum, non me-
dius, quia aequalis Deo, & Deus apud Deum, & cum Patre, & Spiritu Sancto
vnuis Deus. Ad Paulinum Epistol. 59. Per Mediatorem, non Deum, quod Ver-
bum semper erat, sed hominem Christum Iesum. De Trinitate lib. i. ca. 7. Chri-
stus in forma Dei aequalis Patri, in forma serui Mediator Dei & hominum. De
consensu Euangelistarum lib. i. c. 3. Secundum hominem Christus Rex, &
sacerdos effectus est, ut esset ad interpellandum pro nobis Mediator Dei & homi-
num homo Christus Iesus. De ciuitate Dei lib. 10. c. 20 Vnde versus ille Media-
tor, in quantum formam serui atcipies, Mediator effectus est Dei & hominum:
cum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo vnuis est Deus, tamē
in forma serui sacrificium maluit esse. Contra Faustum lib. 16. c. 15. Dissimilis
hominibus Christus, quia Deus similius hominibus, quia homo, Mediator Dei &
hominum. Libro 2. contra Cœlestinum & Pelagium de peccato originis,
c. 28. Nam per hoc Mediator est, quod aequalis Patri: per hoc enim, quantum Pa-
ter, tantum ipse à nobis distat. Et quonodo erit medietas, ubi eadem distantia
est? Ideo Apostolus non ait, Christus Iesus, sed, homo Christus Iesus. Per hoc ergo
Mediator, per quod homo, inferior Patre, per quod nobis propinquior, superior no-
bis, per quod Patre propinquior. Quod apertius ita dicitur, Inferior Patre, quia
in forma serui: superior nobis, quia sine labe peccati. In Psalmum 29. exposi-
tione prima. Inter Trinitatem & hominum infirmitatem, & iniquitatem, fa-
ctam est Mediator homo, non iniquus, sed tameū in firmo. In Ioannem tract. 82.
Mediator Dei & hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo est
Iesus Christus. Et Ser. ii. de Verbis Apostoli. Vnuis Deus, vnuis & Mediator
Dei & hominum. Non ait, Christus Iesus, ne tu putares secundum Verbum di-
ctum, sed addidit, Homo Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.

XVI. Respondeo : Etiam si concederemus Augustinum sensisse, Christum non esse Mediatorem secundum utramque , sed secundum humanam naturam ; tamen id nobis non obscurum. Ratio . Quia solitarius esset in ea opinione . Nam reliquos iam demonstrauimus contra sentire . Non habet autem solitarius docttor autoritatem idoneam : quod ipsi Papistæ interdum fati coguntur . Secundo : fatemur Augustinum reliquis Patribus paulo durioris ; & fortasse *άξιος* , esse loquutum multis locis : sed si diligenter locos locis conferamus , competrunt iti non sensisse solitarie , sed cum aliis . Itaque , mollienda durioris dicta , commoda quadam interpretatione ; que neque vim vocabulis faciat , neque discedat à veritate , communique aliorum Patrum consensu . Atque adeo huc eo : admonens prius vnum ex iis locis esse falsatum : sextum videlicet , contra Faustum decimo sexto . Legitur enim sic , *Et similis homini Christus , quia homo : qui de illo itidem scriptum est , Mediator Dei & hominum , homo Christus Iesus . Non quia homo Mediator Dei & hominum , ut scripsit Bellarmenus.*

XVII. Dico ergo, Augustinum credidisse Verbum non nudum, sed incarnatum, hoc est, in quantum factum est caro, fuisse Mediatori nostrum. Quomodo Vigilius dixit lib. 5. c. 4. *Constat per humanam naturam ineffabiliter Verbo unita Mediatorem fuisse factum Dominum Iesum Christum.* Itaq; etiam Mediatorem esse, in veraq; natura simul unita. Illud probatum ex iis locis, qui recitatur cap. 4. tum ex iis qui annotantur cap. 5. & denique ex nonnullis, quæ nunc ipse Bellarminus citat, sed truncale, non negligenda fraude. Ut epistola 59. illud quod dixerat, *Omnis homo vult saluos fieri; nullo alio modo intelligitur præstari nisi per Mediatorem, non Deum quod semper Verbum erat, sed hominem Christum Iesum*, cum Verbum caro factum est.

& habitauit in nobis Dei cibitate Dei disertum est, in quantum formam serui accipiens, Mediator effectus est. In Psalmum 29. Atque ita, ut inter hominem & Deum Mediator existeret, Verbum caro factum est, id est, Verbum homo factum est. In Ioannem. Deus enim erat Verbum, unigenitus, gigantem coeterus; sed ut Mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam Verbum caro factum est, & habitauit in nobis Denique de Verbis Apostoli. Per Verbum carnem factum fideles facti sumus. Vnus enim Deus, & unus Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, in principio erat Verbum.

XVIII. Ex his facile animaduertunt omnes, catenus dici Mediato-rem Christum, quatenus Verbum caro factum est. In overo ut fieret Mediato-r, Verbum factum esse caro. Denique illud ipsum Verbum quod erat in principio, caro em factum, Mediato em esse. Quod cum ita sit, reliqua sunt omnia facilia. Quid enim dixit, Mediato rem esse in quantum est homo. Certe inquam: quia non Mediato, nisi incarnatus: nec incar-natus, nisi in quantum homo. Quo sensu Vigilius libri quinti contra Eu-tychen c. 4. disputat de Mediato re secundum vitramque naturam. Constat, inquit, per humanam natu ram ineffabiliter Verbo unitam, Mediato rem suffi-factum Dominum Iesum Christum. Dixit Mediato tem, non Deum, quod semper Verbum erat. Nec male, dummodo Deum tantum intelligas, nec incarnatum, quod Verbum semper erat. Mediato rem ergo, quem Ver-bum factum est caro. Dixit factum esse Regem, & Sacei docem secundum hominem. Quis neget: est enim secundum incarnationem. Dixit, non per hoc Mediato em esse, per quod aequalis est Patri. Qui contradicit, non sit sanus. Sed qui in de excludendum dicat, Verbum incarnatum (nam per incarnationem exinanitus est, non φτωχός, sed αιγυπτίως) hæc tunc sit.

XIX. *Addo ex iisdem locis nonnullos esse inutiles. Qualis ille, secundum hominem rex & sacerdos factus est. Item. Inter Trinitatem & hominum infirmitatem, & iniuriam factus est Mediator homo. Nam quae de humanitate affitmantur, non est consequens negari de Deitate. Et qui fastetur Mediatorem Christum secundum vitramque naturam: iidem si ne dubio concedunt secundum humanitatem. Item hic, dissimilis hominibus Christus, quia Deus similis hominibus; quia homo Mediator Dei & hominum: Nam quid quæso iam obstat, quin intelligamus Mediatorem referri tum ad dissimilitudinem, tum ad similitudinem? vt fenus sit: eam ob causam Mediatorem dicit, quia & dissimilis sit hominibus, quia Deus & similis quia homo? Nam prius ostensum, eam esse Mediatoris naturam. Itaque, non satis pensiculate probationes suas scilicet Jesuita.*

X. Sup^{re}st Fulgentius libro de Incarnatione & gratia Chtisi, c. 13,
Hic in natura humana Mediatrix Dei & hominum factio est.

XXI. Non difficilis locus. Nam in natura humana Mediatorem Christum fuisse, Anathema qui negauerit. Verus, id superest, utrum in sola humana natura. Quod Fulgentius, iis quidem verbis, non afferit: disputans esse Mediatorem secundum utramque natutam libro i. ad Thascium. Cunctos, qui salutis aeterna cupiunt esse particeps, eportet agnoscere pariter & tenere, non incassum hominem Iesum Christum Mediatorem Dei & hominum nunc patum: nisi quia idem Deus totam in se naturam suscepit humanis. & idem homo totam in se habet substantiam Divinitatis. Nam, quia peccatum homo fuit separatus a Deo, inter Deum irascentem hominemque peccantem, talis ut: *qz* Mediator necesse erat, ut internuniet persona, qua ad propitiandum Deum homini, totum verumque se Deum de Deo natum habere: & ad reconciliandum hominem Deo, totum verumque in se de homine naturam humanam continebret. Epost paulo. Propterea se Mediator Dei & hominum, plenum Deum, plenumque dignatus est hominem demonstrare Itaque sensus Fulgentij manifestus est, Mediatorem esse Filium Dei in humana natura: quod absque ea non poterat. Vnde manifeste sequitur fuisse in vita: contra quam Bellarminus putat.

C A P. VII.

De rationibus Bellarmini.

I. **N**unc pugnat rationibus: quarum haec primo loco constituit, à definitione, & conditionibus Mediatoris. Omnis Mediator est medius, id est, aliquomodo distans ab utraque parte dissidente. At Christus, quatenus Deus, non est sic medius, sed tantum quatenus homo iustus. Ergo Christus; quatenus Deus, non est Mediator, sed tantum quatenus homo iustus. Probatur assumptionis pars utraque. Nam primo Christus, ut Deus, non distat à Deo ullo modo, id est, nec natura, nec iustitia, nec ullo alio modo. Secundo, Christus, ut homo, distat à Deo, ut iustus conuenit cum Deo: & contra, ut homo, conuenit cum ceteris hominibus: ut iustus, distat ab omnibus hominibus.

II. Respondeo, ex statu questionis constare, Catholicos confitri Christum Mediatorem secundum utramque naturam: hoc est, secundum Deitatem incarnatam, tum secundum carnem assumptionis. Hoc constituto, negatur syllogismi assumptio. Nam quod in probatione ponitur, Christum, quatenus Deus est, non distare, à Patre Deo, filium est: Differt enim tripliciter: primo personaliter: etenim altera persona à Patre. Neque hæc differentia est auctoritatis, quandoquidem probatum est, tum Scriptoram, tum Catholicos patres agnoscere Mediatorem Filium, pronobis apud Patrem. Secundo differt incarnatione. Patet enim non est factus homo nobis ipsius sed tantum Filius. Tertio, differt dispensatione, circopias Gratiæ direxerunt: quatenus ea persona Trinitatis per incarnationem exanimis seipsum. Itaque non probat Bellarminus priorem partem assumptionis.

III. Quod ad alteram attinet, dicimus concludi *deus & genit. & ut*
scholæ loquuntur, affirmare in secunda figura. Omnis Mediatores sunt
distans aliquo modo ab utraque parte. At Christus, quatenus homo, iustus
est distans aliquo modo ab utraque parte. Ergo Christus, quatenus homo,
est Mediatores. Quid autem impedit, quo minus sic Angelus sit medi-
ator?

tor distat enim aliquo modo ab utraque parte: nempe à Deo, quatenus est creatura: ab homine quatenus est spiritus, & iustus. Nec miror hoc sophistis delusos miseros Papistas etiam ad Sanctos producere officium Mediatores. Nam, exempli gratia, Mariam virginem distantem agnoscat à Deo, quatenus mulier est: rursus distantem proficiuntur à nobis, quatenus à peccato omni liberam mentiuntur. Catholici, ut conclusio esset legata, dicunt in utramque fuisse propositionem, ut dicatur, Omnis, aliquo modo distat ab utraque parte, est Mediator. Sed hanc nonquam Catholici concessuri sunt, qui sciunt plura esse distantia à Deo & hominibus: & tamen unum esse Mediatores.

IV. Quid ergo negamusne Mediatores distare debere ab utraque parte? Absit: sed id negamus satis dici. Non enim debet tantum distare, sed etiam aequa distare: ac propterea etiam aequa ad utramque accedere. Ideoque, & qua ad eum accedit apud quem est Mediator, tam distare ab iis pro quibus intercedit, quam distat ab eo ipso, qua accedit ad eos. Dicam planius: quia Mediator noster ad Deum accedit, quia iustus, ex hypothesi Bellarmino, ad nos autem qua homo: tam debet coniungi Deo per quod iustus est, quam nobis coniungitur per id quod homo: & tam distare à nobis per id quod iustus, quam à Deo per id quod homo: alias non futuris mediis: id enim omnes medium appellant, quod aequa ad extrema accedit: & aequa ab extremis distat. Mediatores vero debere esse Medium, cum antea vidiimus, cum fatetur Thomas eo ipso articulo, quo hanc questionem tractat. Nam vero negamus Christum tam accedere ad Patrem, quia iustus est, quam ad nos qua homo: aut tam distare à nobis quia iustus est, quam accedit qua homo. Ratio est, quia homo peccator distat à Deo, tam qua homo, tam qua peccator. At homo iustus accedit ad Deum, tantum qua iustus: & quidem longissimo adhuc intervallo: quia ea iustitia non potest nisi creata, ac proinde finita. Nazianzenus oratione 34. πάντας οὐ τούτης τοῦ αριστού πάντας, η πόλη τῶν φίσων οὐ πλόκος οὐδὲ ηγεμονία θεοῦ οὐτε δικαιοσύνης οὐ τέλος οὐ πάτερ οὐ πρόπτερος οὐ πρόσωπος. Quamlibet celestis ac supercelestis aliqua conditatis, sublimioraque quam nos natura pradita, Deo quasi vicinior, longiori tamen intervallo à Deo, plenaria illa & ab soluta cognitione distat, quam quo compositam hanc nostram & abiectam, atque humi vergentem massam superat. Rursus non tam recedit à nobis homo iustus, quam iustus, quam ad nos accedit, qua homo. Quia etsi ea iustitia sit perfecta, nostra vero imperfecta: tamen non differunt tanto genere, sed tantum in modo. Humanitas autem ipso genere est eadem in Christo cum nostra: qui nobis ἀπέστει. Ergo, non est homo iustus medius, ac proinde, neque Mediator. At ex Catholicorum sententia, Christus Mediator vere medius est: tam enim accedit ad Patrem, quia Deus est, quam ad nos, quia homo. Et rursus tam recedit à Deo qua homo, quam à nobis quia Deus. Et denique tam accedit ad Patrem, quam à nobis recedit: tamen quem accedit ad nos, quam ad Patrem accedit.

V. Præterea ridiculus est Bellarminus, idque dupliciter. Primo, quia mediationis rationem querit, non tam in supposito, nec totam in qualitatibus: sed partim in supposito, partim in qualitatibus. Vnde sequitur, non posse esse veram mediationem. Nam si Mediator noster, quatenus Mediator, coniunctus esset cum Patre, non natura, sed voluntate tantum: & tamen disiunctus à Patre; non quidem voluntate, sed tamen natura. At longe plus est natura quam voluntas. Sic nemo negat, Lupum minus distare à Busiride crudelissimo tyranno, quam Busiridem à Mole vitro mansuetissimo. Nam Busiris & Mosis eadem erat natura; etiam si alienissima voluntas. At Lupi & Busiridis, etsi erat eadem voluntas, tamen erat altera natura. Sic proximior fuit Iscariotes Petro, quam Petrus Angelo, quia etsi voluntate quam maxime illi disenserunt, tamen erant eiusdem ambo naturæ. At hi etsi voluntate consentiant, tamen alie- nissimi sunt naturæ.

VI. Hinc altera absurditas, quod querat Bellarminus utrasque mediationis partis in eodem respectu, scilicet in humana natura. Nam homo iustus non differt ab homine, sed tantum ab homine iniusto. Itaque differentia est per accidens. Debuit autem Christus Mediator esse hominem absolute, non tantum hominum iniustorum. Id apparet, quod etiam iustificatorum hominum, post iustificationem mediator est. Et hic obiret quaram, an Papistæ Mariam & Ioannem Baptistam, quos fingunt ab omnibus prosciti labefuisse puros, non opus habuisse Media: ore credant. Nam si habuerint; vel discedendum erit Papistis à suo dogmate, qui assenserunt illos caruisse peccatis: vel fatendum Mediatores esse non tantum peccatorum, sed etiam non peccatorum, id est, iustum. Paulus etiam dixit, unus Mediator Dei & hominum: non autem Dei & hominum iniustorum duntaxat. Multo Partes illi melius, qui ut ante vidiimus, mediationis rationem in utraque natura quæserunt. Tum enim mediatio est, non per accidens, sed vere naturalis.

VII. Addo tertiam absurditatem. Nam si Christus Mediator est, non quia Deus & homo, sed tantum quia homo iustus: Ergo Mediator erit tantum quia iustus, non vero quia iustus: hoc est, non quatenus substantialiter vnu est cum Patre: sed tantum quatenus eidem voluntate vnu, quod est Arianorum. Qui ubi obicerunt nomen consubstantiale, & subnaturale nouum ac insolitum aliud, dicunt debere nos consideri eum esse diuersos addentes, quod hoc mediationis nomen sit illo dignissimum & congruentissimum. Verba sunt Cyrilli dialogo i cum Hermia. addentis. Et quid hoc aliud quod deliramentum, & vere anile nugamentum? Nam si medium quendam naturam in ipso intelligunt, & propter eam putant mediatorem nominandum, insipientissime dicunt. Quod si est, quis vnuquam Papistas excusat? Nam eos sane naturam oportet medium comminisci, secundum quoniam Christus sit Mediator. Nunquam enim efficient, ut Christus sit persona, quia est homo iustus: est enim tantum natura. Ac proinde in illud absurdissimum dogma incident, quod in Arianis Cyrillus exagitabat. Quanto melius Catholici, qui non naturam medium, sed personam medium dicunt?

VIII. Secunda Bellarmini ratio, si Christus est Mediator secundum utramque naturam, vel secundum utramque coniunctionem, vel secundum

utramque seorsim acceptas. At non seorsim, quia non secundum diuinam, quæ est pars offensa. Non etiam coiunctim. Ratio, quia sic distat quidem à ceteris hominibus: distat etiam à Patre & Spiritu Sancto: & non distat à Deo Filio, nec persona, nec natura: & tamen etiam à Filio distare debet, cum & ipse sit pars offensa; ad cuius placationem mediatus est opus sit.

IX. Respondeo: concedi non esse Mediatores Christum, secundum utramque naturam seorsim. Nec tantum, non secundum Divitatem offensam; quod vrger Bellarminus: sed ne quidem secundum humanitatem, quæ reconcilianda erat: quod ille omittit: affirmari vero esse mediatores secundum utramque naturam coniunctim & in unitate hypostatica. Ad reliqua duplex solutio. Primo, mediatores esse inter nos & Patrem: non vero inter nos & Filium: sic docente Scriptura: docentibus etiam Patribus, ut ostendimus. Et Biel dicit Epitome in Canonem & in illud. Per Iesum Christum Filium tuum orationes nostras, inquit, quatenus sunt impetratoria, dirigenda sunt ad Patrem per Filium, qui Mediator est inter Patrem & nos. Etsi verum sit, totam Trinitatem nobis propter offensas iratam, fuisse placandam. Catholici autem non solent suis speculationibus indulgere, magis quam Scripturæ loquenti obtemperare. Itaque hoc polito, negatur Mediatores debuisse differre à Filio; etiam si Filius offensus esset. Quia Patre conciliato, tota conciliatur Trinitas.

X. Secundo, quamvis concedatur mediationem spectare etiam ad Filium: tamen dñlinguenda est quod vnu est in corpore. Dicitur Filius ei-
cognoscens, videlicet incarnatus, & assumpto mediatores officio, à seipso
quod vnu est in corpore. Deo, sed tantum Deo. Itaque nihil obstat, quominus etiam apud se pro nobis quodammodo intercedere dicatur. Nam quod no-
rat Bellarminus, vnu eundemque, ut Deus est, mediatores esse sui
ipsius, ut Deus est, inuolente apertissimam contradictionem; falsum
est. Quia distinguuntur respectus. Contradictio autem esse non potest,
nisi de eodem, ad idem, eodem modo. Hic autem modus valet: itaque
nulla contradicatio.

XI. Tertia ratio: Si Christus est etiam modo mediatores secundum Diuinam naturam, omnes tres personæ essent mediatores. At non sunt
tres personæ mediatores. Ergo nullo modo Christus est mediatores secun-
dum naturam Diuinam. Probatur consequentia. Quia natura Diuina est
communis tribus personis: itaq; quicquid secundum illam conuenit vni
personæ id conuenit omnibus tribus.

XII. Respondeo, Naturam Dei dici, vel essentiæ litter; vel personaliter.
Essentiæ iter, ut significet illam totam essentiæ, quæ est Triunitatis
supradictos Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Sic Deus dicitur solus sapiens,
solus potens, solus immortalis, & similia. Nam in iis Dei nomen illam es-
sentiæ significat. Personaliter vero denotat ipsam illam essentiæ, nam
tres personæ sunt una essentiæ) sed signifikat distincteque considerantur
in Patre, Filiō & Spiritu Sancto. Sic unus Deus, à Paulo, id est, unus Pa-
ter, ut ostendimus ex veterum sententia. Sic ab ipso Christo, Creditis in
Deum, & in me credite. Paulus ad Romanos primo, Separatus ad Euange-
lium Dei de Filio suo, declarato Filio Dei. Nam eo loco negari non potest
Dei nomen bis specialiter sumprum pro Patre, id est, personaliter. Et
Deus erat in Christo, post ad Corinthios 5. Ad pascendam Ecclesiam Dei,
quam acquisivit sanguine suo: Actorum vigesimo. Vbi Dei nomen signi-
ficat personaliter Filium.

XIII. Ad argumentum ergo respondentes, negamus consequentiam.
Nam, etsi Christus sit Mediator secundum diuinam naturam, non tal-
men verum est tres personas esse Mediatores: sed tum duntaxat, cu[m] na-
tura diuina sumerit essentiæ, nam cum personaliter, tum nullum est
discrimen: non magis, quam cum dicitur Deus incarnatus, Deus crucifi-
xus: quæ Phrases triplex sunt vnu, cum Scripturæ, tum Ecclesiæ: nec ta-
men illus Catholicus non Patripassionis odit ac debeat.

XIV. Quod addit Trinitatis opera esse indiuisa: sic intelligendum, ut
singularum tamen personalium distincta ratio reperiatur. Sic Creatio tam
est Filius quam Pater: & tamen dicitur Pater creasse per Filium, non con-
tra Filius per Patrem. Incarnationis, & trinitatis est, in quo efficientiam a-
gnoscimus, tum Patris, tum Filii, tum Spiritus: & tamen solus Filius est
incarnatus. Simili prospers ratione mediaio erit opus Trinitatis. Nam in-
carnationis fundamentum est: quia & verbum incarnatum est,
vt esset mediator: nec est mediator nisi incarnatum.

XV. Ratio quarta: Officium mediatores proprium est sacrificare, &
sacrificando satisfacere, ut constat ex epistola ad Hebreos. At sacrificare
non potest Christo conuenire secundum diuinitatem, sed solum secun-
dum humanitatem. Ergo mediator non est secundum diuinitatem. Pro-
batur assumptum primo quia facere diuinitatem Filii sacerdotem, est a-
peritissimum Arianismus. Quia omnis sacerdos minore est eo cuius est sa-
cerdos: officium enim eius est ministrare. Deinde ex Patribus, Ambrosius
lib. 3. de Fide c. 5. Idem sacerdos, idem & hostia: & sacerdotium tamen & sacri-
ficium humana conditionis officium est. Et iversus, Nemo igitur ubi ordinem
cernit humana conditionis ibi iuu diuinitatem adscribat Hieronymus in Psal.
109. Iurauit Dominus, tu es sacerdos in aeternum. Non illi iurauit qui ante luci-
ferum genitus est, sed illi qui post Luciferum natus ex virgine est. Fulgentius
de Fide ad Petrum c. 2. solus sacerdos sacrificium & templum, & hac omnia
Deus secundum formam servit. Augustinus de consensu Euangelistarum li-
bro 1. c. 3. secundum hominem Christus, Rex, & Pontifex est. Et etsi illus est.

XVI. Respondeo: primum non solum officium mediatores partes sacrificare, sed & docere & regnare: ut alias diximus, quia non sacerdotem solum, sed etiam Prophetam & Regem Scriptura veteresque Patres agnoscent. Est autem utrumque horum eiusmodi, ut humanitati Christi non soli conueniat; sed Deo incarnato. Itaque etsi Sacerdotium pertinet ad humanam naturam seorsim: tamen mediatores officium non esset non commune ei cum Deitate incarnata, ut potest quod neque peractum sit,
neque etiam peragi poterit absque ea: quia sacerdos nudus homo, nun-
quam conciliasset homines Deo. Peccat igitur syllogismus nuggito oratio sanguis.

Nam

Nam etsi omne sacrificium sit mediatoris opus: tamen non omne mediatoris opus est sacrificium.

XVII. Secundo, negatur assumptum, quia negatur sacrificare posse conuenire Christo secundū Diuinitatē. Nam Paulus contra ad Hebreos Christus per Spiritū aeternū se ipsū obtulit in culpatū Deo. Tū si sacrificare, est hominē offerre Deo ad mortē pro hominibus: Deitas vero hunc hominē (id est, hanc humanam naturā) obtulit Deo in mortem; profecto Deitas etiam sacrificauit. Assumptrū probatur, quia ante docuimus Christū, qua Deum, arbitrium habuisse vitæ suæ, necisq; Animam enim ponebat Caro, sed ex potestate Verbi, & vt loquitur Gregorius Nyssenus, Verbum animam à carne se iungebat. Sacrificabat igitur.

XVIII. Ad probationes Bellarmini respondeo nullū esse Arianismū. Primo, quia non omnis sacerdos ministrat, sed tan̄um homo. Itaque Theophylactus explicans illud. Ego pono animam meam, quod de morte Christi intelligendam nemo negat. Et mortem Christi esse illud sacrificium, de quo agimus, omnes concedunt: Theophylactus ergo asserit ea verba dicta à Christo in un̄o ratione nō in aliis iurisprudentiis. Ne quis eum mori putaret, ut ministrum ac seruum, ab aliis iussum. Et Idacius contra Varimadum, Quiero seipsum tradidit, & animam sua propria potestate posuit, & assumpit, minor (scilicet Patre) dici non poterit.

XIX. Secundo, non quicunque Deum incarnatum minorem asserit Patrem, est Arianus. Id enim dupliciter asseritur, vel φωνῶς, vel οἰνοφυῖς. Quicunque filium etiam incarnatum, φωνᾶς, id est, secundum naturam diuinam Patre asserit esse minorem, aut ministrum Patris: is vere Arianus est. Est autem falsum, sacerdotem oportere esse naturaliter minorem, sed tantum officio. Sic inter homines ijs serui sunt, qui tamen naturaliter sunt heris consubstantiales. Sed qui οἰνοφυῖς, non item. Alias & Paulus & omnes Patres, qui Filiu dixerunt le plū exinanitiisse formā serui accepta, essent cum Arianis anathemate feriendi. Fulgentius de Fide ad Petrum c. 2. Etiam illa quæ consequenter subiungit Apóstolus dicens, quia semetipsum exinanuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, & quia humiliatus semetipsum factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis: omnia haec de illo Deo unigenito Dei Filio, de illo Verbo Dño, de quo dicit Euangelista, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: de illa Dei virtute Deique sapientia, de qua de eo dicitur, Omnia in sapientia fecisti: de illo principio cum quo uenit est ipse Pater principium, & in quo sibi coetero fecit celum & terram, id est, omnem spiritualem corporalemque natu-ram: de Deo Unigenito qui est in sinu Patris, ut dixi, omnia haec personaliter accepit: salua tamen aeternitate immensitate, immortalitate, incommutabilitate, inuisibilitate Deitatis eius. Ego si hoc modo, Verbum ipsum, inquam, Verbum, id est, Deus personaliter, id est, in persona Filij Catholice dicitur minor Patre, quatenus incarnatus est, non quatenus Verbum est. Cur non & similiter sacerdos? Certe Fulgentius eod. c. non cunctatur dicere, In sa-crificiis carnalium victimarum, quæ ipsa sibi sancta Trinitas à Patribus nostris præcipiebat efferti, illius sacrifici significabatur gratissimum munus, quod pro nobis seipsum solus Dei Filius secundum carnem esset misericorditer oblaturus. Ipso enim secundum Apostolicam doctrinam obtulit (metipsum) pro nobis oblationem & hostiam Deo in odore suauitatis. Theodoretus in s. ad Ephesios, Hic quoque ostendit Parvum & Filij equalitatem. Cum enim Deum imitari iufisset, idem etiam præcipit de Filio, & quemadmodum de Patre dixit, eum nobis donasse: ita etiam de Christo, eum nos dilexisse, & seipsum pro nobis tradidisse. non enim necessitate adductus obediit, ut seruus aliquis, sed seipsum sua sponte pro nobis tradidit. Ambrosius in eundem locum, Quod autem Christus ipse se obiulit, aut Deus illum tradidit, unum est, quia amborum una voluntas. Christus igitur Deus seipsum hominem tradidit Deo oblationem & victimam: ergo Christus Deus sacrificator.

XX. Quod ad Patres citatos attinet, de Augustino iam ante diximus, quæ repetere non liber. Ambrosij locum aliter recitat, quam ego lego in editione Costeri. Sic enim habet non obseruatis tamea membrorum distinctionibus, quas ego restitu, *Idem sacerdos, idem & hostia, & sacerdotium*. Tamen & sacrificium humanæ conditionis officium est (nam & agnus ad immolandum dicitur est) & sacerdos est secundum ordinem Melchisedech. Nemo igitur, ubi ordinem cernit humanæ conditionis, ibi ius diuinitatis adferat. Non dixit ergo, ut Bellarminus, & sacerdotium & sacrificium, humanæ conditionis esse, sed tantum sacrificium. Et distinxit sacrificium a sacerdote: ut sacrificium sit absolute conditionis humanæ: sacerdos vero non item; sed incarnatæ Deitatis: quod postea sic explicat: cum Melchisedech fuisset dicit sine patre, sine matre, sine generationis enarratione, sine initio, & sine fine descriptum, ut ostenderet semipaternum Filium Dei in hunc mundum esse venturum, qui & sine patre secundum incarnationem natus est. & sine matre secundum divinam generationem, & sine enarratione generationis: quia scriptum est, Generationem autem eius quis enarrabit? Ergo illum Melchisedech in Christi typō sacerdotem Dei accipimus. Sed illum in typō, hunc in veritate. Censemus Ambrosius Christum sacerdotem esse secundum quod respondet figuræ, quæ præcesserat in Melchisedech: fuisset autem hunc figuram incarnatae Deitatis. Quis ergo dubiter concludere, Christum esse sacerdotem secundum incarnatam Deitatem? Sacrificium vero oblatum nemo negat esse humanæ conditionis: id est, non Deitatem incarnatam, sed tantum humanitatem Deitatem unitam esse oblatam Deo.

X X I. Hieronymus non est autor commentariorum in Psalmos, unde ciratur alterum testimonium: sed longe recentior Beda. Et tamen neis quidem Bellarmino faveat. Non ei iurauit, inquit, qui ante Luciferum genitus est: nimirum Verbo, in quantum Verbum est tantummodo: sed ei iurauit, qui post Luciferum natus est Virgine est; scilicet Verbo incarnato. Nam & statim post, illud secundum ordinem Melchisedech, exponit, ut iamiam Amb: osius: quoniam sint patre dicitur secundum carnem: sine matre dicitur, secundum Deum. Videlicet idem, ille cui iuratum est, cum esse sacerdotem.

X X I I . Ratio quinta : Si operatio propria Mediatoris conuerit Christo , ratione virtusque naturæ , sequitur confusio operationum : &c

consequenter naturarum in Christo: quæ est hæresis Monothelitarum & Eutychianorum, damnata in sexta synodo, actione decima septima. Quod in hunc explicatur modum: Reicetam est-vnam operationem in Christo; non respectu Dei, tanquam principalis agentis: & hominis ut instrumenti; sed respectu Dei & hominis, tanquam propriæ & principaliæ cauæ, quæ agit ex virtute sua, quam habet ex propria sua forma & essentia. vt in curat one febris; impositio manuum etat humanitatis operatio; vt expulsio febris, erat operatio Deitatis: similiter sacrificare, preptum est Christi, vt homo est: quia conuenit etiam puris hominibus. Itaque, & hoc item conuenit Christo, vt Deus est, eadem erit operatio virtutumque naturæ.

XXIV. His explicatis, dico primo, Mediatorem, neque opus esse, neque operationem; sed officium, ad quod referantur tum opera, tum operations. Quemadmodum, neque Prophetam, neque Sacrificatorem. Quare, ut Dominus dicitur Christus ex officio, & inepte d'sparet quipiam in eo capite de naturarum energia: non aliud iudicium est de Mediatore. Itaque inepte omnino, ex eo quod Mediator, sive Sacrificator, sicut Dominus, ad vitramque naturam spectare dicitur, infet ei quis raro est pugnare confusionem, indeque naturarum. Sicut nemo unquam Catholicus id inferre potuit, ex eo quod Dominus Christus dictus est: debent enim singulatus actus, imo singularia ~~convenientia~~ considerari. Né alioquin Mediator idem est aut simile, ac si significum dixerim: quod qui dem vnum est, nec plura: sed tamen continet in se tum ferrum, tum ignem: non enim ignitum est nisi ferrum, (aut quid eiusmodi) & ignis. Nec tamen quisquam calumniabit me ferri naturam confundere, cum ignis natura.

XXVI. Hæc cum ita sint, nibil est incommodi, si mediatoris officio vero etiam Mediatoris opera dicamus esse utriusque naturæ communia: dummodo tum in ipso officio, tum in operibus diligenter diffingamus ratiōēs & p̄sorū cūspicīas naturarum operationes: & quæcumque a Mediatoris fungendo officio diuina occurunt, ut remittere peccata, & similia Deitati assignemus idēas; non vero humanitati: & contra quæcumque humana sunt, ut timere, turbari, mori, sepeliri &c. non Deitati, sed humanitati idēas adscribamus: quod quidem Catholici diligenter faciunt. Sic in sacrificio, aliae sunt Deitatis partes, aliæ humanitatis.

XVII. Nam quod probat Bellarmine proprium esse hominum facit: imo vero non facit. At puro homini (inquit) conuenit sacrificare. Religio.

LIBER SEPTIMVS, CAP. VIII.

13

Respondeo primo, in typo & figura, ut docet Ambrosius de Melchise-dech: Itaque *ipso* *pro* *posse*: non enim eadem ratione sacrificant homines, & Christus. Itaque sacrificare *romani*, concedimus puro homini, sed vere sacrificare contendimus, soli *Iesu* *pro* *posito*. Secundo, sacrificare *alegoricos*, sive *legum* *ad* *idem*, concedimus, esse p*ro* *homini*: at sacrificare *au* *gustinus* & *idem* *idem*, negamus. Christum autem hoc modo dicimus sa-
cificasse, ut Paulo ante Veteres docuerunt.

XXVIII. Eustachius à Santo Paulo ridicule argumentatur: Christus neque oravit, neque p̄missus est pro nobis quatenus Deus: atqui haec omnia ad officium mediatoris pertinent. Non igitur Christus fuit mediator specifice & formaliter secundum naturam diuinam, sed humanaam. Evidem a tanto viro libens audieris, unde hanc syllogismi figuram dicere. Ego si similiter, Christus neque oravit, neque passus est quatenus Deus. Atquib⁹ eō omnia ad officium incarnati pertinent. Ego Christus non fuit incarnatus specifice & formaliter secundum naturam diuinam. Quis ferat delirantem? Et Eustachio condonet quisquam? Ego fatior eas tibi partes mediatoris; Itaque ab iis concludi non esse tantum Deum: sed non solas Itaque ab iis non excludi naturam Diuinam. Atque ita tractatis utriusque partis argumentis, concludimus quod ab initio erat propositum, Iesum Christum Mediatorem esse nostrum secundum utramque naturam scilicet Deitatem incarnationis, & humanitatem unitam Verbo.

C A P. VIII.

An Christus sibi meruerit.

I. Secunda Controversia erat, utrum sibi Christus Mediator fuerit, hoc est, ut Papistæ loquuntur, utrum sibi aliquis diceretur. Quare a gant Driedo, tom. 2. cap. 2. par. e 2. artic. 3. Vigo, sermone in symboleum i. duobus postremis c. p. i. b. Vasques in teriam Thomæ disputat. 79. Iohannes Hayus contra Chambrunum c. II. At ante illos, Lombardus lib. 3. distinct. 18. in cumque locum frequentes Scholastici: Despicentes uno oīe omnes Christum non nobis tantum, sed etiam sibi metuisse.

II. Quod si queris, quidnam sibi meruerit: Respondent; Vigor exaltationem nominis & glorificationem corporis: Driedo aditum cœlestis paradisi, redemptionem seu liberationem à lacui ferni, à detentione dia- boli, sive exultat onis gloriam. Clāritatem seu immortalitatem cor- pors, impassibilitatem animæ & corporis: Lombardus Impassibilitatis & immortalitatis gloriam: Bella: minus generaliter, illa omnia quæ accepit post resurrectione n.

III. Nam vero tum Hayus quæst. 140. tum Antonius Porsanus admonitione quarta ad Nemauenses, Caluin o pro ingenti blasphemia ob*scen*unt negasse Christum sibi quicquam esse meritum. Sed hi, ut semper calumniabantur. Calvinius enim Institutionis Christi. na libr. 1. cap. 17. legm. 6. tantum dixit, *Quarere, an fibi meruerit, quod faciunt Lombardus & Scholasticis; non minus sculta est curiositas, quam temeraria definitio, vbi hoc idem afferunt.* Quæ religiosissimi vii:ba significant, primo questionem esse citoisam: hoc est, ex eorum genere, quas melius sit omnino non investigare, quæque cum tractantur, nullum habent momentum ad pietatem: cuius farinæ plurimas in Ecclesiam induxerunt otiosi Monachi, Scholasticorum Theologorum nomine insignes: quin hic ipsa capite non potuerunt sibi temperare quomodo inquietant in ipsis Christi meritorum tempora: magno conatu disputantes, utrum ab ipso conceptionis momento Christus dici possit esse meritus.

IV. Secundo, huiusmodi questionis propositae definitionem esse remeriam Calvinus assertum nimis mirum, quia nullo praevante, praeludente que Dei verbo fiat, sed tautum ex metu shumaniorum conjecturis. Atqui, vbi Deus tacet, quis loqui audeat? Atque is mos erat viri sanctissimi, ut abhorret ab huiusmodi audacia: certus sapere ad sobrietatem, nec ultra quod scriptum est. Itaque Theologos Scholasticos, id est, otiosos Monachos seuerissime tractabat, quoniam se occasio offerebat: quibus nihil unquam aut intactum aut inaustum fuit.

VI. Hec igitur nostra sententia est: Non esse de hoc articulo sic contendendum, ut de summa religionis Christianæ, siue defundamental quopiam articulo fidei, in quo desinendo non queat non grauissime errari, si erratur. Sed potius prius quidem præstare, si nunquam mouetur questio. Nam etsi nihil habeat in se mali, ut falsus; tamen hoc ipso nota est; quod assuehant humana ingenia discedere a Verbo Dei, vnde digressis nullus es agat di terminus. Deinde, si non possit cohiberi humana curiositas, quin sibi indulgeat, consultissimum fuerit, si hec proposita, caueamus definire. Etsi quandoque sententiam nostram aperiamus, mode- site timide que faciamus: quod certe si non faciunt, qui non iurant se in sua verba, damnant eam quam blasphemos.

VI. Obiiciunt tres locos: primum Vasques ex Lucae vlt. Nonne hec oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam? Verbum oportet, inquit, adiuncta particula *et* ita, causam denotat. significat enim antecessionem, non quancunque, sed necessariam, ac proinde de merito necessariam.

VII. Scio, inquam, Stellam esse ita interpretatum. Sed nego quicquam esse firmi. Primo Graece non est & ita: quo si fundamentum subtrahas, ruit argumentum. Scripsit Lucas tantum &, quomodo sol-let duo membri connecti: etiam cum nulli consequentia denotatur, nedum eau^s. Ut sensus sit, duo debuisse à Christo impleti, & mortem in-cepere, & introitum in gloriam. Quod omnes satis vident. Deinde ipsam illam particulam & ita, nego habere quicquam, quo superbiat Vasques. Nego, inquam, tam copulationem ve bi oportet cum particula & ita; significare causam. Antecessionem possum concedere, & quidem neces-sariam. Sed proinde me itum nego: non enim omnis antecessio necessaria meritum est. Exempli gratia, Lucas 12 dicitur, Imber venit; & ita sit. An-tecessio est sine dubio, & quidem denotata per & ita: sed quis tam infâ-mus, ut illud dicat esse meritum? ergo similes sensus est: ex Dei decreto

vtrumque oportuisse euenire , & pati prius Christum ; & post intrare in
gloriam. Merit nulla necessitas fuit.

VIII. Alterum locum proficeret è 2. capite ad Hebreos. *Vidimus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Id intelligent, quia si di Iesum propter passionis mortisque meritum fuisse Iesum gloria & honore coronatum.*

IX. Sed nihil est certi Locus enim tripliciter exponitur. Prima expeditio eorum est, qui passionem pro merito ponunt: sed Papistatum dunt taxat, Lyran, Thomae, Anselmi, & si qui pauci sunt præterea. At vetustiores quidem ipsam crucis mortem intelligent gloriam illam & honorem Primasius. Hic apostole manifestat, quia gloria & honor Christi, crux eius fuit, pro qua modi minoratus est ab Angelis moriendo pro nostra salute. Occumen, δέξαις την πατέρα τοῦ σωτήρος καλεῖ οὐδὲ τὸ Θεόν τοῦ Θεοῦ, οὐ τὸν πατέρα τοῦ πονητοῦ & εγών τοῦ λύτρων τοῦ του ανάστασης, οὐ τὸ κυριακόν ιερόν την παρθένον. Gloriam & honorem crucem vocat. N. que enim tam dignum Deo fuit, aut magnificum creare cælum & terram & hominem & supernas potestates, quam dignari propter nos eruerit affigere. Et author dictorum & interpretationum, quæ tribuuntur Athanasio, quæst. 128. Δέξαις την τε Χριστόν των πατέρων ἡμεραί μεραρχεῖς Διός τους οἴκους, Gloria & honor Christi crux, quia immerna bona per crucem contigere. Et hanc interpretationem è recentioribus sequitur Ioannes Gagnæus in Scholis in eum locum: imo distinguit ita contextum, ut non passiones mortis legat: sed mortis gloria & honore: nullo quod sciamus ex malo.

X. Tertia expeditio longe facilior, connectit illud per passiones mortis cū p̄cedentib, ut non dicatur p̄ passiones mortis gloria & honore coronat; sed minoratus ab Angelis, i.e. mino factus Angelis p̄ passiones mortis. Sic Athanas de Triniate dial. 2. *Διά τὸν εὐαγγελισμὸν τοῦ θεοῦ γένηται λαττίσιστος λίγος ἀπόστολος γραφών.* *Ἐγὼ δὲ βεβούω πατέρα Αγγέλου λαττίσιστον βλέπομέν με.* In dīc. 2. p̄ passionem tē diuinā, Propter incarnationem etiā Angelus minoratus factum dixit Apostolus scribens, Iesum autem non nihil minoratum factum Angelos videmus per passionem mortis. Nec aliter explicat Theodoteius, Naturā diuinitatis fuit minor Angelis, sed per passionem humanitatis. Augustinus contra Maximum 3. c. 15. Denique propter quid dictum sit, Minoratus eius modico minus quam Angelos, aperuit Scriptura, ubi legitur, cum autem modico minus quam Angelos minoratum vidimus Iesum propter passionem mortis. Non ergo propter naturam hominis, sed propter passionem mortis. Et hanc interpretationem amplectitur Thomas de Vio Cardinalis Cajetanus. Nec iustissimus Iesu Christi improbarit.

XI. Imo vero Chrysostomus utramque coniungit, tum han^e pos-
trem, tum secundam, τὴν πάχιαν πατέρα γέλαν; οὐαὶ τοι μηδεποτέ
φονινοῖς ἀγράστης ποθίσαις τὸν διάβολον. εἰτε γενεσίαν πειλήν, διότι η πρώτη οὐαί φανερώ-
ψιον. Eum autem qui paulo Angelis minor factus est, videmus, inquit, lejundium
per passionem moris. Deinde rursum fausta: gloria et honor coronatum. Et illud
Paulo minor factus per passionem exponit de tribus diebus. quibus solis
mansit in sepulcro. Tum subiicit: εἴτε δέ κρυπτος, εἴτε δέ τε η πατέρα σωματος, εἴτε
Fratera offendit, gloriam et honorem crucem esse.

XII. Nunc ergo facilis solutio. Nam Papistaram interpretationem Veterum nullus accedit, quem hactenus videtim. Reliquarum autem nulla est, quae non ivolet argumentum. Nam si crux ipsa sumitur pro gloria & decoro, primum est absurdum, ut dicatur per mortem id est, crucem, esse meritum cuiusque ob mortem. Deinde ipsi Papistae meritum hoc qualecumque est referunt ad ea quae obtinuit Christus post mortem. Sin autem intelligamus, Christum imminentem esse per passionem mortis, vident omnes primo uonagide iis quae consequuta sunt mortem: secundo, nullam esse meriti ullius mentionem, sive propter intelligas formaliter, scilicet in ipsa passione fuisse exinanitum, sive finaliter exinanitum fuisse, ut patetur.

XIII. Excipit Gretse:us: primo , Si quis verba illa propter passionem mortis, trasponere, & cum illis minoratus est, copulare velit, hyperbaton prorsus improbabile Apostolo affingit. Secundo, Clatum est non cœsis, illud propter passionem significare ea. sam cur Christus gloria & honore coronatus fuerit. Nam Christus non in passione modo quam Angelis minoratus est: s. dñ i n p l a n t u x h u m a n æ a s s u m p t i o n e . Itaque hæc minoritas in passione demum non existit.

XIV. Respondeo ad primum durius esse hyperbaton Latinę propter barbariēm, quam Græci: iraque à Græcis non auctoratum: nec à Syro, nec à Caietano. Ad secundum f. ciliis modus. Nihil enim obstat, quo minus, est minoratus sit in incarnatione; dicatur etiam minoratus per passionem: quia igitur sicut fuit aliis eius minorationis Itaque non erit sensus, cum deo unum impetratum fuisse, cum passus sit, sed potius in ea passionē vel maximē apparuisse hanc minorationem. Quanquam alii placet potius, minoratum fuiss: propter passionem, id est: t pateretur, quem sensum nihil est in Græcis quod nos facile patiatur.

X V Tertium locum vehementius urgenter ex i. cap. ad Philipper-
ses, *Humiliauit semetipsum*, *fatus obediens usque ad mortem, mortem autem
erniciis*: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est
super omno nomen Nam illud ad intelligentiam causam propter quam, vel me-
ritum; adeo ut *Hayus Gallice reddidit*, pour l'amour de quoy. Itaque si-
gnificare, aiunt Christum per hanc sui exinanitionem metitum esse ut ex-
alaretur, & haberet nomen eiusmodi. Et Patres subiicit testes Chryso-
stomum, Ambrosium, Theophylactum, Oecumenium, Primasium in e-
undem locum. Item Augustinum tract. 10. 4. In Ioannem, & libro secun-
do contra Maximenum c. 5. & lib. 3. c. 2. Cyrillum lib. 3. Thesauri c. 2. Ba-
silium 1. 4. in Eunomium. Qui oves (inquit) ex hoc loco colligunt Christum

XVI. Respondeo, non esse hanc aut loci explicationem aut argumentationem consequentiam certam: Quia, quod Christus habuit per & propter unionem hypostaticam humanitatis iuxta cum Verbo, id nullo modo materi potuit. Neque id controversum inter Catholicos & Papistas. At vero hoc nomen, quod Christo datum, a Patribus agnoscitur, esse per & propter unionem. Quod probo inductis testimoniosis. Theodoreetus id hunc locum, *Accipit ut homo, qua habebat ut Deus: nomen autem quidam in inter-*

pretatis sunt gloriam. Ego autem ex epistola ad Hebreos inuenio aliam Apostoli dicti intelligentiam. Cum enim dixisset, Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melius Angelus effectus, quanto differentius pro illis nomen haret auerit: interpretatur nomina differentiam, & dicit: Cui enim dixit aliquando Angelus, Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Et rursum, Ego ero illi in Patrem, & ille erit mihi in Filium. Hic ergo hoc etiam dicit, quod se ipsum humiliavit, non solum non perdidit quod habebat ut Deus, sed hoc etiam accepit ut homo. Oecumenicus. *πάντα τοις οὐρανοῖς, τῷ Χριστῷ, τῷ ἀγόνῳ, τῷ Θεῷ τοῦ φύρων στρατηγῷ.* Quodnam vere illud est concessum nomen Christus, Filius, Deus. Sic enim etiam cum carne vocatur. Theophylactus, Verum quod nomen illi ob humanam naturam contulit Deus? nimur ut Filius in carnem dicitur & Deus. Nam & homo Dei est Filius, sicut & Angelus dixit quod factum est, Filius Dei vocabitur. Istiusmodi autem appellatio uniuersorum nomen exceedit. Sic Sedulus & Vetus Ambrosius; Videtur ergo donum Patri, hoc est, esse Filium, & nomen eius super omne nomen sit, hoc est esse Deum. Athanasius apud Theodorem dialo. 2. c. 29. *καὶ ὅτι λέγεται διὸ τοῦ Θεοῦ αὐτὸν τὸν πρόφυτον τὸν θεοῦ λέγεται, εἰς τὸν θεοῦ λέγεται.* *Εὐαγγελίου πρόφυτον τὸν θεοῦ λέγεται, εἰς τὸν θεοῦ λέγεται.*

XVII. Mitto alios. Sed adiungeo ipsam ratione in confirmare hanc sententiam, ne quis me putet sola auctoritate pugnare. Nam id nomen Paulus asserit esse *τὸν πατέρα*, id est, excedere omne aliud nomen: siue excellentius esse omnibus nominibus, ut veritatem Sycus. Atque id omnino nullum esse potest praeter Dei nomen. Ambrosius, Nomen enim Dei, sed per naturam, non per solam appellationem super omne nomen est. Et sane, quantumvis exalteratur Christi humanitas in seipso, siue gloria, siue incorruptibilitate, siue aliis dotibus, quod ibuscumque & quantiscumque, tamen eas doles creatas esse non est dubium: itaque longe infra Dei gloriam. At si ipsa hec Dei gloria intelligatur, iam nulla restat exceptio, quin absolute hoc nomen excedat omne nomen.

XVIII. Neque haec infirmari ratio potest. Anselmi auctoritate; cuius occasione Hayus affirmat Christum meum esse, non quidem ut Deus esset: sed saltem, ut Deus agnoscetur ab hominibus. Nam primo, recentior est Anselmus, quam ut Veteribus possit comparari. Apud Veteres autem legebamus, *Donum Patris hoc est esse Filium: & nomen eius super omne nomen, hoc est esse Deum.* Et nomen Dei per naturam, illud esse nomen, quod sit super omne nomen. Que certe de agnitione siue fama intelligi non possunt: Secundo, non potuit Christi meritum magis deiici, imo exani-ri: quia ex Papistorum hypothesis, etiam Martyres, maximeque Apostoli, id meruerunt, ut cum eorum martyria, tum fides ab omnibus hominibus agnoscetur, imo etiam celebraretur. Etsi autem fateor longe maius esse, cum quis agnoscitur esse Deus, quam cum martyr aut Apostolus, tam cum duo sint in eodem complexo, videlicet esse Deum & agnoscit: ac prius non veniat in rationem meriti, sed tantum posterior: sequitur se questrato eo, quod sibi proprium eximiumque Christus habet, solum id superesse, quod habet commune cum Apostolis & martyribus. Itaque nihil magis sibi sua morte Christum meruisse quam martyres sibi. Tertio, multo plus fidelibus meruerit Christus, quam sibi. Nam estimatio siue agnitus, nihil est reale. Itaque nihil conferre potest ad realem, siue gloriam, siue beatitudinem cuiusquam: Et uno verbo, umbra est potius beatitudinis, quam beatitudo. At quaecunque nobis Christus meruit, ea sunt beneficia realia, quae realiter nos beatos efficiunt. Quanto igitur res præstat umbra, tanto plus nobis quam sibi Christus meruisse. Imo vero quis cordatus admittat, realem suam beatitudinem absq[ue] merito Christum habuisse: & ad acquirendam beatitatis umbram, opus fuisse meritis?

XIX. Iam quod tam confidenter alleuerat Bellarminus, Chrysostomum, Ambrosium, Theophylactum, Occumenium, Primasium, Augustinum, Cyrillum, Basilium ex hoc loco colligere Christum meruisse humilitate gloriam, non nobis solum, sed etiam sibi, suo more facit, hoc est, audacius, quam religiosus. Certe de Chrysostomo, Theophylacto, Occumenio, Primasio, Cyrillo, Basilio: altum mendacium: adeo illi de merito prorsus rident. Ambrosij mens ex præcedentib. constare potest. Nam, qui nomen illud interpretatur ipsam Deitatem natum, non potest credere hoc meritis ullis imputandum. Itaque quod dixit, Quid & quantum

humilitas merentur, ostendit, intelligendum primo, de humilitate nostra: ut sit applicatio exempli nempe doctrinæ Pauli hoc Christi exemplo, quid non ab humilitate possimus expectare. Secundo, mereatur, simpliciter est, assequatur, obtineat: etiam absque illa meriti, id est, debiti ratione, qui ut te tomo, si Deus dederit. Ita solus superest Augustinus: additum ab Hayo citatum. Quid ergo? Nimur probabilis fiat eorum sententia, at non necessaria, & ciusmodi, ut non licet ab ea discedere.

XX. Superest tria, in vocula die, propter, quælibet, inquit, causam significare solet. Deinde particula &, in illis verbis, Propter quod & Deus exaltauit illum: aperte indicat causam, ut sit sensus, Christus obedivit Deo, & vicissim Deus honorauit illum. Sed haec vitiligario est. Appellant eam particulam G. animatici causam. Sed quam late patet apud eos causa nomen, quis ignorat? Ut quamlibet etiam tenuem occasionem complectatur: etiam in sermone concrendo consequentem. Luke 7. Non sum dignus, ut tecum meum oberas domino, sed iherosolima, propere, ne me ipsum quidem sum dignum arbitratus, qui venirem ad te. Acto 20. Ego scio, non amplius vijuros faciem meam, ullus ex vobis omnibus, domino uocatus, ideo tefer vobis hodierno die, me purum esse a sanguine omnium. Prior ad Corinthios 12. Scitis vos Gentes fuisse, qui ad idola muta prout rapi concegisset, abripbamini, nido gnosco, quapropter nostrum vobis facio, nullum per Spiritum Deliquerent, dicere Iesum anathema. Addam sexcenta huiusmodi liberi, sed impliciti, causam meito, iam concludit.

XXI. De altera particula, &, longe leuior instantia. Solent enim per eam copulari, quæcumque ora ionis membra. Et quidem solere subiecti particulae & expletive: absque illa meriti, aut etiam cause significative patet. Ad Rom. 1 s. Non sustinuerim quicquam loqui, quod non efficerit Christus per me adducendis ad obedientiam Genibus, verbus. & facta, & cetera. Quapropter etiam impeditus sum sepe, non venirem ad vos. Ad Hebreos 13. Quorum animalium sanguis offertur pro peccato in sacrarium per Pontificem, horum corpora exuruntur extra castra. Diuersi Intra, Quapropter, ut Iesu sanctificaret populum per proprium sanguinem, passus est extra portam.

XXII. Nihil igitur habet in Scripturis præsidij causa Bellarmini. De ratione videamus. Melius est, inquit, cat teris paribus, aliquid ex merito habere, quam sine merito. Ergo Christus quæcumque habuit post resurrectionem, ea sibi meruit. Respondeo primo, negari consequentiam. Nam inde conficeretur nihil omnino Christum habuisse, nisi ex merito, non gratiam, non scientiam, non ipsam uisionem hypotheticam. Quod tamen ipsi fatentur Papistæ, non esse ex meritis. Ridicule aurem Bellarmino distinguit bona, ut aliis melius sit oinquam carere: alia potius sit acquirere ex merito. Nam primo non probatur gratiam, scientiam, visionem ex iis esse, quæ melius sit semper habere: quam acquirere per merito. Secundo, ratio proponebatur vniuersaliter: itaque haec non tam solution est obiectionis, quam retractatio rationis dispositæ. Tertio, supposita hac distinctione eneruatur ratio, nisi prius doceatur melius esse incorruptionem, & immortallitatem ex merito acquirere, quam nunquam non habere. Hoc autem qui proberet, idem eadem opera, non parum detrahet de beatitudine diuina. Deinde negatur etiam antecedens. Nam & quæ habentur à natura, ea melius habentur, quam si ex merito: inde Dei maxima perfectione estimatur. Et quæ Deus largitur hominibus ex misericordia gratia, ea longe præstant iis omnibus, quæ homines suis meritis possunt acquirere. Nec vñquam, ut hoc dicam exempli gratia, tanta fuit Augustini scientia, quam continuo labore acquisiuit; quanta fuit Pauli, qui se Euangeliū testatur habuisse ex revelatione: id est, absque ullo suo merito. Imo non tantum, non fuit tanta scientia, sed ne quidem Augustinus in iis quæ didicit, vñquam laude comparandus cum Paulo. Quomodo in nuptiis illis nunquam tanta fuit qualitas quam ex se aqua habuit, quam quæ in eam collata est ex gratia, conuersa in vinum.

XXIII. Haec erant arma Papistarum. At Catholicis vnum hoc sufficit, quod Scriptura nisquam docet Christum sibi aliquid meruisse. Id inde appetet euidentissime, quod qui contraria sententiam tuerintur, nullus prorsus locos citare possunt; præter eos duos, de quibus iam actum est. Quid ergo obster quo minus sancte exclamarit Caluinus, Questionem esse stulte curiosam, definitionem autem remunerariam? Et illustratur, quia quoties Spiritus Sanctus agit de fructibus incarnationis, eos omnes ad nos referit: Sic nobis natus puer est: sic nobis factus sapientia, justitia, flos, etificatio, & redemptio: sic pro nobis sanctificauit seipsum: sic passus est pro peccatis nostris: sic resurrexit pro justitia nostra. Sic denique abiit ad Patrem, ut pararet nobis locum, & faceret nos confidere in coelestibus.

In his si modeste sapimus, longe tutius sapimus, quam si sapimus, arcana nobis persecutemur incognita.